† cens ꝙ faceres mihi domū. (Et benedictione tua bene/dicetur domus ſerui tui in ſempiternum).i.domus mea benedicet.i.multiplicabit benedictione tua.i. multipli/catione a te miſſa.q.d.multiplicatio in bonis ꝙ eueniet in domo mea erit tāta ꝙ manifeſte appeat a te venire: ponit aūt hoc dō per modū affirmationis vt ꝯcludat in fine orationis ſe hre firmā ſpem de euētu oīum ꝓdictoꝝ ne ambiguus manere videatur.

¶An ſalomon fuerit damnatus. Qō.XIII.

Qō.13. **Queret** aliqs circa ea q̄.s̄. dcā ſunt de ſalomone: an dānatus fuerit eternaliter vel ſaluus.

¶Aliqui arguūt ꝙ nō fuerit dānatus:q;.s̄. in lra dr:ꝙ ſi inique aligd egerit arguā eū in virga viroꝝ: miſericor/diam aūt meā nō auferā ab eo. Jdē p; pſal.88.ꝯ non pe
Q; non p̄. rut:q; alſ fuiſſet ablata ab eo miſericordia dei. ¶Item ſcripture ſalomonis recipiunt in canone: ꝯ nō fuit dāna
Scō. tus q; alias eccl̄ia ſuſcipet ſcripturas illius ꝙ nō eſt mē/brum ſuū. ¶Jtē ſalomō ponit in genealogia ſaluatoris:
Tertio. ergo ſaluatus fuit:q; inhoneſtū erat ꝙ dānati ponerent
In oppo. tanē proaui chriſti. ¶In ℣ſum vr ꝙ fuerit dānatus q; ſalomon peccauit grauiſſime:℣ māſit vſq; ad mortē ſuā in peccatis:ꝯ perut eternaliter. p; hoc:q; ſeq.li.c.n. dr ꝙ in ſenectute deprauauerūt mulieres cor eius. ¶Jtez ſcriptura ſacra deſcripſit peccatū ſalomonis diligēter:ſi ergo penituiſſet diligētius ſcripſiſſet eius penitentiā:ſed nō deſcribit:ꝯ mortuus eſt in peccato. ¶Jtē opera dei ſunt perfecta. Deu.32.ſcriptura aūt eſt opus dei: ꝯ pfe/cte deſcribit ꝙcḡd tāgit:ſz tāgit de vita ſalomonis ℣ pec
A Rōſio. catis ℣ nō tāgit de eius pnia:ꝯ vr ꝙ nō penituerit. ¶Re/ſpondēdū ꝙ iſta qō eſt ꝓblema neutrū .i. nō eſt magis determinata p vna pte q̄ꝑ ꝓ alia:eo ꝙ certitudo iſtius
Dubiū ē an dō fuerit dānatus. nō poterat haberi niſi p reuelationē ppheticā vel aucto/ritatē ſacre ſcripture:de quo nihil habitū eſt. Si aūt nos deberemus iudicare eius ꝙdēnationē p peccata:manife/ſta eēt condēnatio:q; peccata fuerūt grauiſſima: pōt tñ
Opinio bre/oꝝ. aliqs penitere:℣ ſaluabit. ¶Propter hoc aūt eſt opinio quoꝝdā ꝙ ſaluatuſ fuerit:nā hebrei cōiter dicūt ꝙ peni/tentiā egit:℣ liber eccl̄iaſtes eſt de pnia ſua vbi repre/hēdit ſe nominās vanitatē oīa in qbus laborauit:vt p; ec/
Jſidorus. cleſiaſtes.2. ¶Hoc ēt vr tenere beatus Jſidoruſ in libro de ortu ℣ obitu patruꝝ:℣ idez vult tenere hieronymū ℣ Ambroſiū:dicit.n.hiero. ſup Ezech. ꝙ ſalomon pniam
Hierony. egit ſcribēs libū puerbioꝝ:vbi dicit reſperi vt eligerē diſciplinā. ¶Jtē hiero. ſup eccl̄iaſtez ait:hebrei dicunt
Ambro. hūc libū eē ſalomonis pniam agētis. ¶Ambroſiuſ q̄s in apologia ait:ſalomonē ſanctum noīat:vt nobis de pnia eius dubietatez tollat. ¶Jtē Ambro. in libro de ſatyro fratre ſuo dicit:℔ ait ſanctus ſalomō:ſi tñ dānatus eſſet: nō vocaret eū ſanctū. ¶Jtē Ambro. dicit:hebrei aūt ſa/lomonē veniſſe in tēplū qōipſe edificauerat cū gnqꝫ vir/gis: quaꝝ quatuoꝝ tradidit peritis legis vt verberaret ab illis ꝙ pnia:q cōi conſilio diffinierūt nō eē mittēdā manū in chm dñi:q; dō dixerat:nolite tāgere chriſtos meos: a ſeipſo aūt depoſitus eſt ℣ retinuit ſolū tribū effraim ℣ bipartitū fecit ſperiū. ¶Jtē aiūt ſalomonē gnges tractū fuiſſe p plateas hierlem in pniam:℣ p ℔ ſatiſfecit. ¶Alij aūt ecōuerſo volūt ꝙ ſalomō dānatus ſit:nā peccata ſua fuerūt maxima.ſ.q; fuit idolatra:℣ hoc eſt peccatū maxi/mum:ſic ait glo. ſup illū locū pſalmi.ſ. emūdabor a ōlicto meo maximo:dicit idolatriā eē maximū ōlictū. ¶Scō peccauit dure in multitudine peccatoꝝ:q; edificauit al/taria multa ℣ tēpla idolis:p ſingulis.n. vroribus ſuis fa/ciebat altaria:vt p; ſeq.li.c.xi. ¶Tertio peccauit q; i/duxit magnū ſcādalū in ppō:nā edificauit tēpla idoloꝝ in mōte olineti q eſt ex aduerſo tēpli dñi in hierlem:ita ꝙ poterāt exiſtētes in tēplo videre qūo immolabant ſacrū/ficia idolis in mōte olineti:qō erat ſcādaloſum ppō:q; erat pnus ad idolatriā:de hoc ſeq.li.c.xi. ¶Jtē qnarto peccauit ex dignitate pſone:nā erat rex ℣ potēs ℣ diues ℣ pp hoc multi exēplo eius traherent ad idola: ſicut qñ ſacerdos magnus peccat facit delinquere pplum: vt p; Leui.4.ſ.ſi ſacerdos q eſt vnctus peccauerit delinqre faciēs pplm ℞c. ¶Quidā aūt pp hāc magnitudinē pec/catoꝝ mouētur ad dōm ſalomonez peruſſe eternaliter.

¶Mihi tñ hoc nō multū vr:ſz qō potiſſimū me mouet eſt:q; grata nimis ē deo pnia peccatoris.iurta illō.maior gaudiū ē i celo ſup vno peccatore pniaz agēte q̄ ſup.99. iuſtis q nō idiget pnia. Luc.3.ſi ꝯ ſcriptura deſcribit pec cata alicui⁹ i deteſtatiōez illi⁹:gratius deſcriberet illius cōuerſionē ad emēdationē multoꝝ ſi peniteret:ſcriptura tñ deſcribit multa enormia fcā ſalomonis ſeq. li.c.xi.℣ tñ nō ponit pnia eius i aliq̄ loco ſcripture:ꝯ nō penituit. ¶Jtē in eccl̄iaſtico ītērio ſcriptoris fuit ex medio libri vel q̄ſi laudare viros glorioſos:℣ exprimere oīa q̄ ptinēt ad eoꝝ laudē:vt p; eccle.44.ſ.laudem⁹ viros glioſos ℣ parētes nr̄os in gnatione ſua:poſtea aūt cū puenit ſcri/ptor ille ad ſalomonē in.c.47. retulit oīa bona magnifi/ce q̄ habuerat i iuuētute ſua. Jn ſenectute vero narrat oīa peccata in qbus finē facit:ſi tñ penituiſſet: cū intētio ſcriptoris fuiſſet laudare eū:deſcripſiſſet illius pniam:ſz nihil dixit:ꝯ vr ꝙ putauerit eū ſine pnia mortuum fuiſſe. ¶Jtē qō ſatis forte ē:deus miſit ad ſalomonē vt nūcia/ret ei regnū auferēdū eē ō manu poſteritatis ſue pp pec cata ſua:℣ tñ poſt mortē ſuā ſic fcīm eſt: ꝯ vr ꝙ ipſe non penituit:q; aliogn de⁹ exaudiuiſſet illū: ℣ nō diuiſiſſet re/gnū cūpmiſiſſet ei bñfacere pp dō:ſz diuiſit:ꝯ ipſe nō pe nituit. ¶Jtē poſtq̄ de⁹ dixit ſalomoni auferēdū regnuz de manu eius. Abyas ſyloniteſ ppheta iuenit ieroboā in agro ℣ diuiſit palliū ei⁹ in.12.ptes ſignās diuiſionē regni ſalomonis:℣ ℔ fiebat viuēte ſalomone: ꝯ nō penituerat q̄ꝑ ſibi deus denūciauerat diuiſionē futurā:ita ꝯ ſatiſ ve/riſiliter ad mortē pſumit ꝙ nō penituerit:q; aliogn fuiſſz exaudit⁹ ſicut ezechias exauditus ē ploràs:cui dñs mor/tez cōminatuſ fuerat.j.4.li.20.c.℣ Jſa.38. Niniuite q̄z penitētes exauditi ſunt:ne deleret ciuitas ſua: vt p; Jo/ne.3.℣.4. ¶Jtē poſtq̄ aliqs penituit:peccata nō manēt. ſz poſt mortē ſalomonis dr ꝙ diuiſum ē regnū pp pecca ta eius:ꝯ adhuc peccata manebāt:℣ ſic nō penituerat ſa lomō. ¶Jtē ſi ſalomō penituiſſet de peccatis ſuis:dele/uiſſet oīa tēpla ℣ altaria q̄ fecerat i terra hierlez:tñ ipſe nō deſtruxit illa ſz māſerūt vſq; ad regē Joſiā:ꝯ nō peni/tuit:p; ℔.j.4.li.c.23. ℣ iſta rō ē magis neceſſaria q̄ꝑ pce dētes:nā nō penitet aliqs vere cū pmanet i peccato: nec aliqs vere dolet de fornicatiōe dū tz ꝓcubinā i domo:ſic ēt null⁹ ō idolatria dolet:cū nō deſtruit altaria q̄ edifi/cauit idolis:ſalomō tñ nō ōſtruxit illa:nā dr pal.c.excel/ſa q̄z q̄ erāt i hierlez ad verterā ptē mōtis offenſionis q̄ edificauerat Salomon rex iſrl ℣ aſcaroth idolū ſydo/nioꝝ ℣ chamos offenſionis moab ℣ melchon abomina/tionis filioꝝ amon polluit ioſias ℣ contriuit ſtatuas ℣ ſuccidit lucos. Confirmatur autem hoc:q; cum ſalomon eſſet rex ſi penituiſſet ℣ voluiſſet delere altaria ℣ templa

B Alioꝝ opiō

Peccata varia ſalo.

Primum.

Scōm.

Tertium.

Quartuz.

Opioauct.

Rō fortiſſima ꝓtra ſalomonem.

idoloꝝ:subito feciſſet:qz rex erat potētiſſimus:ꝛ nullus ſibi repugnaret maxime ſuper hoc. ¶Quāꝯ igiꝫ ſacra ſcriptura nō dicat aperte an ſalomon dānatus fuerit:ſatis ꝓbāter aſſeri pōt ꝙ fuerit dānatus:ꝛ iſta eſt cā quare cū deſcribant eius peccata diligēter:nō fit aliqua mētio de penitētia.ſ.qz nulla fuit:aliogn facta fuiſſet mētio.ſic ꝑz de Manaſſe rege iudaꝛ:qui ipſe peccauit nimis in idolatria plus ꝙꝫ chananei ꝛ oēs reges iſrael ꝛ iuda q̄ p̄ceſſerunt eū:ꝛ inſuper fudit ſanguinē innoxiū in hierlem multū nimis:donec implerēt hierlem vſqꝫ ad os: vt ꝑz infra.4.li.c.21.poſtea tū penituit:ꝛ deſcribit ꝓnia eius. ſcḋo para.vlti.ꝛ deus miſertus eſt ei:a fortiori.n.fuiſſet hoc de ſalomone ſi penituiſſet. ¶Ad rōnes in ꝓmiū. Rñ ad ꝓmā cū dr:miſericordiā aūt meā nō auferaꝫ ab eo. Dōm ꝙ hoc nō intelligit de miſericordia qua deus remittit peccata:qz iſtā a nullo homine aufert: ſed quacunqꝫ hora igemuerit peccator:deus nō recordat peccati eius. Ezech.18.ſed intelligit de miſericordia qua deus remittit penas debitas ꝓ peccato vel cōmutat eas in alias:ꝛ iſtā aliqñ deus aufert ab homine:nā ꝯꝯ remiſerit culpā nō vult remittere penā. Et eſt ſenſus: miſericordiā autē meā nō auferā ab eo.i.ꝯꝯ aliqñ peccet ꝛ mereaꝫ totaliter pdere regnū:nō auferā ei regnū:ſꝫ miſereboꝝ ꝛ dabo alias leuioꝝ penas. qō ꝑz:qz dr ibidem in lra:ſicut abſtuli a ſaul quē amoui a facie mea.i.abſtuli ab eo miſericordiā meā:ſed manifeſtū eſt ꝙ nō intelligit de miſericordia qua peccata remittit:qz illa a nullo hoīe auferf: alioquin ꝯꝯ peniterenmus:deus nō miſereꝛ:ſed intelligitur de miſericordia qua tollit penas:ꝛ iſtaꝫ abſtulit a ſaule:qz ꝯꝯ ꝛaſſet ꝓ eo ſamuel:ꝛ ipſe cōfiterē ſe peccaſſe:nihil ꝓfuit ad hoc ꝙ nō auferret ei regnuꝫ.ꝑce.li.c.15.iſtā aūt miſericordiaꝫ nō abſtulit deus a ſalomone: qz ꝯꝯ peccauerit:ſemp poſteri eius tenuerunt regnū:vt ꝑz ſeq.li.c.11. ¶Ad ſcḋam rōnē cuꝫ dr ꝙ recipiunt ſcripture eius in canone. Rñ ꝙ nihil obſtat: qz ꝯꝯ aliqs nō ſit ſanctus:deus ꝓ illū logf: ſicut fuit de balaā q̄ erat peſſim⁹ vir ꝛ idolatra:tñ erat ꝓpheta dñi:vt ꝑz Nu.22. ꝛ.23.ꝛ.24.nā ſcriptura ſacra magis attēdit in doctrina veritatē ꝯ ꝓbitatem eius q̄ logtur:ꝛ qz ſalomon bona ꝛ recta dixit:ꝯꝯ ipſe malus fuerit: ſcriptura ſuſcipit ḋcā ſua. ¶Itē qz ſalomon qñ ſcripſit libꝝ illos qui hñr in canone biblie:erat vir ſanctus ꝛ dilectuſ deo:poſtea peccauit in ſenectute:ſic ꝑz ſeq.li.c.xi.ſ.cūqꝫ iā eēt ſenex deprauaꝝ ēcoꝝ eius ꝓ mulieres vt ſequereꝫ deos alienoſ. ante hoc aūt fuerāt oēs ꝓbitates eius:vnde ſcriptura oēm ſapiētiā ꝛ gliam eius narrat ante peccata:vt colligitur ſeq.li.ex.c.2.vſqꝫ ad.12. ¶Ad tertiā rōnē cū dr ꝙ ponit in genealogia ſaluatoris. Dōm ꝙ nō tollit ex hoc gn ſit dānatus:naꝫ ſicut in genealogia illa ponunt multi taꝫ viri ꝯꝯ femine peccatores.ꝛ ꝛ nō fuit incōueniēs: ita ēt nō eſt inconueniēs multos de illis fuiſſe dānatos. ¶Ad quartā rōnē cū dr ꝙ hebrei ponūt ſalomonez penituiſſe. Dōm ꝙ nō eſt veriſimile:qz tūc deſtruxiſſet idola: q̄ nō deſtruxit:vt ꝑz.j.4.li.c.23.hebrei q̄ꝫ multa dicūt valde fabuloſa ꝛ iſana:ſic ꝑz ſup illud Ezech.21.dicit glo.illoꝝ qñ dñs recordaf de deſtructiōe tēpli dolēs ꝓcurit manꝰ ſuas ad inuicē:ꝛ ꝛ eſt tronitruū ꝛ lachrymę eius cadunt ad terrā:ꝛ hoc eſt fulgur:qō eſt nimis inſanuꝫ.multa q̄ꝫ alia dicūt i ſuo talmud q̄ ſunt abſurdiſſima: iō hebreoꝝ dictis minus ꝯꝯ poetis de auctoritate tribuēdū ē. ¶Ad aliā rōnē cū dr ꝙ beatuſ Iſidoruſ vult tenere ſaluū eē ſalomonem. Dōm ꝙ doctoribus nihil magis auctoritatis dādū eſt ꝯꝯ inꝯtū poſſunt rōne vel auctoritate aliḡ melius ꝯꝯ alij ꝓſuadere:nō tñ iō credēdū eſt aliḡ ſic eſſe qz ipſi dixerūt:ſic ꝑz in decretis. Diſtin.9.in.c.ego ſolis.ꝛ eſt dcm Auguſti.ad vincēciū donatiſtā: ſꝫ beatus Iſidoꝝ ꝯꝯ ſit magne auctoritatis vir non ſufficiēter ꝓſuadet:iō nō eſt ei aſſentiēdū. ſi aūt eſſet otio qō dubia:ita ꝙ nihil magis ꝓ vna parte ꝯꝯ ꝓ alia eēt veriſimilis: auctoritati iſtoꝝ in manēdū erat:ſꝫ ꝓbatū eſt ſufficiēter ſalomonē non penituiſſe:iō nihil ꝓiudicamus auctoritati iſtoꝝ ſi ḡrium teneamuſ. ¶Ad aliud cū dicit Hieronym⁹ ſup ezechielē ꝙ ſalomō penitētiā egit. Dōm ꝙ ꝛ nō vr dicere exꝓpria opinione:ſꝫ recitādo dcm hebreoꝝ:quibus i nullo aſſentiē dū eſt:ꝛ dato ꝙ eēt iſta ītētio Hieron⁹.nō ꝓp ꝛ ē ei aſſentiēdū:ſicut diximus de iſidoro. Nec obſtat dcm allegatū p eū.ſ.reſperi vt eligerē diſciplinā:qz iſti libri fuerūt ſcī a ſalomōe anteꝯ peccaret:ꝛ dato ꝙ fuiſſet illud ſcriptū poſt peccatū:nō reſpuit vitū p illō dcm:ſꝫ ſiſipietia. ¶Ad aliud cū dicit Hieron⁹. ſup eccliaſtē ꝙ aiūt hebrei vnuꝫ libꝝ eē ſalomonis pniam agētis. Dōm iſtud nullius eſſe auctoritatis:cū ipſe nō dicat a ſe.ēt dcm hebreoꝝ nō ḃz veriſimilitudinez:qz hebrei putāt ſalomonē penituiſſe:qz dixit ꝙ reſperit ad oīa opa ſua i gb⁹ laboꝝauerat ꝛ ꝛuenit illa eē vanitatē:vt ꝑz Eccle.2.Sꝫ ꝛ nō ob.qz ibi ſalomon nō enarrat niſi edificatiōes ꝛ theſauros ꝛ alia q̄ fecit ad miniſteriū ꝛ delectationē ſuā:de cultu tñ idoloꝝ nihil dixit:iō nō ꝑz ꝙ penituerit de illo. ¶Ad aliud cuꝫ Ambroſiꝰ vocat ſalomonē ſanctū. Dōm ꝙ pōt referri ad tp̄s quo ſcribebat libꝝ q̄ hñr i canone:pp q̄s ipſe allegaf. Cū aūt dicit ꝙ ꝛ dr vt tollaf nobis ambiguitas de eius pnia:nō eſt aſſentiēdū ei:ſicut nec iſidoro nec Hiero. ¶Itē cū dicit Ambro. veniſſe ſalomonē i tēplū cū gnqꝫ virgis ꝛc.ꝛ cū dicit eū tractū fuiſſe gnges ꝓ plateas hieruſalē in pniam:nō eſt veriſile:nec eſt hȳs aſſentiēdū: qz ambroſiꝰ recitat iſta:ab hebreis ſumēs.ꝑz igitur ꝙ ꝯꝯ ſcriptura nihil exꝓſſe diffiniat de ꝓdēnatione vel ſalute ſalomonis:ꝛ ꝯꝯ ad hoc ſit ꝓblema neutrū:tñ certiſſime aſſeri pōt ſalomonem non penituiſſe.

¶Incipit capitulum.8.

Factum est autez post hec percussit dauid philistim ꝛ humiliauit eos: ꝛ tulit dauid frenuꝫ tributi de manu philistim ꝛ percussit moab:ꝛ mēſus eſt eos funiculo coequāꝫ terre. Mensus est autem duos funiculos:vnū ad occidendū:ꝛ vnum ad viuificandum.

Factum est. In ſuperioribus deſcripta deuotiōe dō ad deū. hic deſcribit fortitudo eius ꝑ aduerſariū. ꝛ diuidit in duo:qz ꝓ ponit hoſtiū debellatio. ſcḋo regni dō ordinatio. ibi. (Et regnauit dō.) Prima i quatuor ſm ꝙ dō pugnauit ꝑ q̄tuor gētes ſ.ꝑ philiſtinos:moabitas:ſyros:idumeos. Scḋa ibi. (Et percuſſit moab.) Tertia ibi. (Et percuſſit dō adadezer.) Quarta ibi. (Fecit q̄ſ ſibi.) ¶Quereꝫ circa ꝓm an ea q̄ dicunt hic hēant ordinē ꝓtinuatū ad p̄cedētia:vel ſit aliq̄ mutatio: et an fuerint iſta facta immediate poſt illa. ¶Rñ ꝙ hic eſt ordo ꝓtinuus:nā dr hic in ꝓn⁹ lre:ſcm ē āt poſt ꝛ pcuſſit dō philiſtiz.ſ. ꝙ poſt ea q̄ hñr p̄ce.c. fuit fcā pcuſſio philiſtinoꝝ:ꝛ ꝑr oīa q̄ hñr hic. Idē ꝑz.1. paral.18.vbi ponit gegd dr in ꝛ.c.ꝛ ibidez in.17.ponit id qō dr p̄ce.c.ꝛ dr ſicut hic.ſ.ſcm ē poſt ꝛ vt peuteret dō philiſtim. ¶Cū aūt q̄rit an fuerint immediate iſta poſt p̄cedētia. Rñ ꝙ nō appet ꝯꝯ tū tp̄s iterciderit:tñ credē dū ē ꝙ fuit paucū qz dō nō erat multū ociosuſ. ¶(Scm eſt aūt poſt ꝛ).i.accidit poſt ſupioza in gbus enarraf de ꝓuotiōe dō:ꝛ ꝙ voluerit edificaf domū dño. (Et percuſſit dō philiſtim).i.pugnauit ꝑ eos ꝛ vulnerauit plurimos.

¶Queret aliqs quō dr hic:ſcm ē āt poſt ꝛ:nā iſta bella nō videnf potuiſſe fieri poſt ea q̄ hñr p̄ce.c.qz ibi dr cū ſediſſet rex in domo ſua ꝛ dns dediſſet ei requiez ab vniuerſis inimicis ſuis:ꝑ nunc dō habuit poſtea aliq̄ bella: ſꝫ pacē ꝓtinuā. ¶Dicet ꝑ aliqs ꝙ hic ſit mutatio ordiniſ ꝓ anticipationē vel recapitulationē:ſicut ſepe accidit in ſcripturis. ¶Sed dōm ꝙ nō ſtat:qz ſcriptura excludit ꝛ oēs ātcipationē ꝛ r̄capitulationē aſſerēs ꝓtinuatū ordinē cū ait:ſcm ē aūt poſt ꝛ.i.iſtō qō dr hic fuit poſt p̄cedētia. ¶Itē ꝑz ꝛ qz dō fere tota vita ſua non habuit pacē cū hoſtibus:ꝑ nōdū habuerat: ſic dixit ſalomō ſeq. li.c.5.ſ.tu ſcis voluntatē p̄ris mei ꝙ non potuerit edificare

Ad rōnes

Ad ꝓmā.

Ad ſcḋam.

Ad tertiaꝫ.

Ad quartā, de hebreis,

Hebreoꝝ dictis minus ꝯꝯ poetis creden duꝫ eſt:ꝛ ꝯꝯ ta abſurda dicant.

Ad beatuꝫ Iſido.

Ad hiero.

Ad hiero.

Ad ambro.

A

1.paral.16.

†

Qō.1.

A

Ordo ꝓtinuus eſt ad p̄cedētia ꝛ īmediatuſ.

†

†

Qō.2.

A

An iſta que ſecunt ſint fcā poſt p̄cedētia.

Opinio ꝑ rundam.

Contra.

ficare domum dñi pp bella imminentia p circuitū:ergo parua pars vite superfuit ei in qua nō pugnaret:aliqn potuisset tūc edificare tēplū. ¶Dōm ꝙ ꝙ post ea q̄ hīr ꝑce.c.dō fecit multa bella. ℒū vero dr ꝙ erat quietus ab vniuersis inimicis suis.Dōm ꝙ dupliciter poterat eē quietus.vno mō ꝙ ipse non ingetaret ab hostibus. Alio mō ꝙ ipe nō ingetaret eos.Primo mō dicebat dō getus q̄ iam nulli de hostibus insurgebāt ꝓtra ipz timēteſ eū: ℣ sic erat in arbitrio suo hre quietē vel nō.Scō mō dō nondū hēbat quietē:q; post hoc plus ipse pugnauit ꝫ hostes q̄s pus pugnauerat faciēs multa bella magnifica.

¶Quare dō pugnabat ꝫ philistinos. Qō.III.

Qō.3. **Queritur** vlterius quare dō pugnabat ꝫ philistinos. ¶Aliquis rndebit ꝙ philistini offenderēt in aliquo israelitas: ℣ dō volebat bello iniurias ℣ dāna repetere: sicut fuit ꝫ filios amon q intulerūt iniuriā dō turpiter ꝑfundendo nūcios eius.ſ.ro.℣ pugnauit dō ꝓtra illos. ¶Aliter dici pōt ℣ melius ꝙ dō pugnauit ꝓtra philistinos:q; incūbebat ei onus pugnādi cōtra illos:nā philistini erāt de habitatoribus terre chanaā:vt p3 Josue.13.℣ Judic.2. De oibus aūt chananeis iusserat dns ꝙ israelite nō pmitterēt eos viuere in terra ſz delerēt:iō vt obediret mādato dni dō pugnauit ꝓtra philistinos. Potuit ēt hoc eē q; philistini cū eēnt ꝑiuncti terre isrl:sepe inferebāt molestias israelitis:vt p3 ī duobus bellis q̄ ipsi fecerūt ꝓtra dō.ſ.gnto:ad hoc ꝫ voluit dō eos affligere sicut ipsi affligebāt isrl. ¶(Et humiliauit eos).i.deꝓssit supbias eoꝝ ℣ fecit eos humiles.i. impotētes tollēdo fortitudinē exercituſ eoꝝ ℣ occidēdo plurimos de viris bellatoribus:ante ℔.n.philistini erāt superbi ℣ ꝑmebāt israelitas:nūc aūt intīn erant depꝛessi ꝙ nō potcrāt respirare. (Et tulit dō frenū tributi de manu philistini).i.tulit tributa q̄ accipiebant ab israelitis. Uocat.n.frenū tributi:q; sicut frenū est quo tenet iumēta ℣ cogit ad diuersa:ita populus cogit sub eo cui tributū ꝓstat. Et est sensus ꝙ israelite ante hoc ꝓstabāt tributa philistinis:dō āt abstulit istā seruitutē q̄ erat quasi qōdā frenū quo tenebant israelite:℣ post hoc nunc̄ soluerunt tributū:ſz potius philistini soluebāt tributū regibus israel. ¶Fuerūt aūt a ꝑn° iudei sub ptāte philistinorum.ſ.ex tpe sansonis:nam dr Judi.13. ꝙ deus tradidit israel in manu philistinoꝝ.40.annis ℣ fuerunt postea in ista seruitute toto tpe sansonis: nā dr Judi.14.ꝙ eo tpe dñabant philistiī in israel:tpe ēt hely summi sacerdotis erāt in seruitute sub philistinis:q̄q̄ aliqn insurgerēt ꝓtra eos:vt p3 ꝑce.li.c.4. manserunt ēt postea tpe samuelis sub seruitute philistinoꝝ:qz ls dicat eo.li.c.7.ꝙ liberauit samuel de manibus philistinoꝝ israelitas: tn nō fuit ista liberatio plena:q; adhuc māsit q̄dā seruitus:nā philistini hēbāt in isrl semp magnā turmā de seipsis vt cogerēt israelitas ad seruādū statuta philistinoꝝ:℣ vt collī gerēt tributa ℣ vt nō insurgerēt ꝫ philistinos: ℣ ista turma vocabat statio philistinoꝝ: de qua p3 ꝑce.li.c.10.℣ 13.tpe aūt saulis viuēte tunc samuele fuit tanta seruitus israelitaꝝ:ꝙ nō hrent in tota terra israel faltē vnuſ fabruſ ferrarīū:vt nō possent facere aliqua arma:℣ q̄n debebāt parare vomereſ ℣ ligones ℣ alia instrumēta agriculture descēdebāt in terrā philistinoꝝ ℣ ibi parabāt:vt p3 ꝑce.lib.c.13. intīn ꝙ in die belli q̄n pugnare debuit saul ꝫ philistinos nō est inuēta lancea aut gladius ī manu totius ppli nisi in manu saulis ℣ ionathe.eo.c.postea aūt fecit saul duo bella magna ꝫ philistinos eo.li.c.14.℣ 17.℣ postea fecit multotiēs alia bella ꝑticularia:in quibus alleuiabat iugū israelitaꝝ:sed nunc̄ penitus ablatū est quousq; nunc dō pugnauit ꝓtra philistinos ℣ abstulit frenū tributi de manu eoꝝ. Jn hebreo hr (Abstulit stimulū maiorē.) Qō ipsi exponūt de quadā ciuitate terre philistinoꝝ.ſ.de Gethreo ꝙ illa erat iudeis quasi stimulus affligēs eos grauiter.ꝙ aūt istā abstulerit p3.1.para. 18.℣ satis rationabilis sensus est iste:littera tn nra accepit de tributo:qz necesse est ꝙ intelligat hic ista lra per metaphorā:℣ vocauit stimulū maiorē:vel stimulum asini frenū tributi:q; ppls stimulat tributo sicut asinus pungit stimulo. ¶Quidā āt hebrei dicūt.ſ.Ra. Heliezer:vt ait Ra.Dō canbi ꝙ qn abimelech rex philistinoꝝ pepigit fedus cū isaac dedit ei isaac ptē stimuli asini in signuz federis.ſ.diuisit stimulū ℣ dedit vnā ptē abimelech ℣ iurauerūt ambo supra federe:nūc aūt dō non poterat pugnare ꝫ philistinos pp iurm ℣ feduſ quousq; auferret eis stimulū:abstulit aūt:℣ tūc potuit pugnare:℣ de ℔ dr hic: ꝙ tulit stimulū maiorē de manu philistinoꝝ. ¶Sed ista ridicula sunt:qz tūc ad recupandū stimulū oportebat ꝙ pugnaret ꝓtra philistinos:℣ tūc incurrebat in piurium:si vez est ꝙ iterpositū erat tale pactū: ſz oīa ista falsa sunt: iō teneat sensus lre.ſ.ꝙ ablata ē seruitus tributoꝝ quā patiebantur israelite sub philistinis.

Ra. helie/zer.

Stultitia iudaica.

† ℒ

Bellus dō ꝫmoabitas †

† (Et pcussit moab.) Hic ponit bellū ꝓtra scōam gētē.ſ. cōtra moabitas:habitabāt.n.moabite ī ꝓfinio terre chanaaz ad ptē orientalē iuxta iordanē:℣ inde poterāt isrlite pugnare ꝓtra eos:vel ecōuerso. (Et pcussit moab).ſ.occidit multos de moabitis in bello. (Et mēsus est eos funiculo.) Hoc pōt referri ad sequētia.ſ.ꝙ fecit duos funiculos vnū ad occidēdū ℣ aliuz ad viuificādū: ℣ tunc est sensus:mēsus ē eos funiculo.i.numerauit illos ꝑ funiculuz:ī q̄nuit ꝙ dō subyciēs sibi moabitas:occidit p libito suo q̄s voluit ℣ q̄s voluit viuificauit:℣ tanc̄ nō agēs magnā dōriam vel appꝛeciationē ī occidēdo illos vel viuificando:non curabat diligēter ingrere quē occideret vel quē viuificaret:ſz claudebat multos ītra vnū funiculū nō numerādo illos:℣ alios claudebat ītra aliū funiculū non numerādo:ꝑmos aūt viuificabat:scōs vero occidebat. (Loequās terre).i.dō equabat moabitas terre.ſ.faciēdo eos claudi ītra funiculū ℣ deyci in terrā ad magnā cōculcationē ℣ ipꝛoperiū. (Mēsus ē aūt duos funiculos).i. numerauit moabitas ꝑ duos funiculos.nō est aūt sensus ꝙ oēs moabite caperentur ītra duos funiculos:ſz ꝙ ad quēcunq; locuz iret dō ℣ caperet moabitas faciebat eis duas ptes:℣ vnā claudebat sub funiculo mortis: ℣ aliaz sub funiculo vite:ls multi funiculi eēnt ꝑ morte ℣ multi ꝑ vita:vocanť tn duo.ſ.in officio:numero tn plēs erāt. ¶Sciēdū aūt ꝙ dō nō mēsurabat vel numerabat moabitas funiculis quasi ipse nesciret alio mō ingrere quos deberet occidere ℣ quos viuificare: ſz fecit istud ex industria.ſ.qz nō solū volebat occidere moabitas:sed etiā inferre eis aliā penā dedecoris: ista aūt erat ꝙ de moabitis nulla fieret mētio:sed ꝙ quasi pecora ℣ bestie intra laqueos ℣ funiculos caperenť ℣ non habita distinctione occiderenť. (Unū ad occidēdū ℣ vnū ad viuificāduz).i. vnus funiculus erat ad hoc ꝙ oēs cōꝛehensi intra ipm occiderenť:℣ alius erat vt oēs intra eū existētes: viuere permitterēt. Jn hebreo hr (Mēsus est duaſ chordas ad occidēdū ℣ plenā chordā ad viuificādū).i.dō fecit tres chordas ℣ duas impleuit hominibus morituris: tertiaz aūt impleuit viuificādis.dicūt aūt hebrei ꝙ hoc fecit dō qz moabite occiderāt ꝑrem ℣ matrē eius:littera autem nostra ponit solū duos funiculos. Rō aūt diuersitatis est in punctuatione:qz in hebreo punctuat littera sic: mensus est duas chordas ad occidendū.℣ hic est punctus.℣ postea sequit:℣ plenā chordā ad viuificādū: ℣ ꝑm istam punctuationē opz poni tres chordas.littera aūt nra pūctuat aliter.ſ.mēsus ē duos funiculos vel chordas.℣ ibi est punctus.℣ tunc sequit ad occidendū.ſ.vnum: ℣ istud deficit in hebreo:℣ plenā chordā ad viuificādū.i.ēt fecit aliā chordā ad viuificādū eos quos ibi ponebat:multotiens aūt in hebreo sicut est modus loquēdi barbaricus: ita ℣ modus pūctuādi. (Factusq; est moab seruiēs dauid sub tributo).i.ex illo tpe ceperūt moabite soluere tributuz dō:isti erāt q̄ positi fuerāt in funiculo ad viuificandū ℣ māserūt postea in terra.vel intelligēdū est ꝙ illos funiculos fecit dō q̄tuz ad viros belli.ſ.qz quosdam occidebat in vno funiculo ℣ alios viuificabat in alio: agricolas aūtez non posuit in funiculis: sed omnes permisit

† Bſ

† Dō libera/uit a philistinoꝝ ser/uitute isrl tas.

viuere: ⁊ postea oēs manētes fuerunt tributary dauid.

Glo. ordi. ¶Glo. ordi. dicit ꝙ nō est intelligēdū ꝙ dō coequaret terre ipsos moabitas: qz viuētes homines nō tm̄ humiliabat vt super extēso funiculo terre apparerēt equales: sed adeo viles ⁊ cōtēptos eos fecit ꝙ in nullo plus valerent cū terra que nihil eminēs hz: funiculū aūt pro sorte posuit: qz funiculo solēt terre mēsurari ꝑm illud. sorte diuisit eis terrā: ⁊ significat in funiculo ꝙ taz libere dedit dō regiones moabitaz cū possessionez ⁊ agros ppzios. Jn eo aūt qō dicit mensus est duos funiculos vnū ad viuificandū ⁊ vnum ad occidendū: signat ꝙ occidit quos voluit: ⁊ permisit viuere quos voluit.

Expositio nicolai. ¶Nicolaus autē aliter exponit. s. (Mēsus est eos funiculo). i. rigore iustitie egit cōtra moabitaz. (Coequās terre). i. diruit fortalitia moab ⁊ equauit illa terre: vt postea nō possent insurgere moabite. (Mēsus est duos funiculos). i. habuit dō duos ordines procedendi ꝓtra moabitas. (Unū ad occidendum). i. vnus ordo erat ad occidēdum magis culpabiles via iustitie. (Et vnū ad viuificandū). i. ad pmittendum viuere minus culpabiles: via misericordie: q̄libet aūt istaz expositionū trinz est satis rōnabilis: sz ꝑma est melior ⁊ conuenientior littere.

¶Quare dō pugnauit cū moabitas. Qō.IIII.

Qō. 4. A Ra. Salo. responsio. **Queret** aliquis quare dō pugnauit cōtra moabitaz. ¶Rādet Ra. Sa. ꝙ moabite ꝑuaricati fuerant contra dō: qz ipse dimisit patrem ⁊ matrez ⁊ amicos quosdam apud regez moab quando manebat in terra moab in p̄sidio fugitiuus a saule. precedenti. c. 22. cum autem inde recessit dicunt hebrei ⁊ precipue Ra. Sa. ꝙ rex moab occidit p̄rem ⁊ mr̄ez dō ⁊ amicos: ⁊ hoc dicunt qz nunq̄ postea fit mētio de illis. ¶Sed istud nō multum tenet: non. n. verisimile est ꝙ occiderit rex moab p̄rem ⁊ mr̄em dō cum receperit benigne dō qui nunq̄ ei nocuerat. ¶Aliter aūt dici pōt ꝑm qnosdā ꝙ dō pugnauit hic ad vindictā maloz que moabite intulerant israelitis: sicut tpe regis eglon oppzesserūt moabite israelitas. 18. annis. Jud. 3. in quo tpe multa damna eis intulerūt: qz tributa extorquebāt ⁊ violētias multas inferebāt: ad satisfactionē ḡ hozuz ⁊ vindictā dō potuit pugnare ꝓtra terrā moab. ¶Sed hoc nō multū stat: qz ista iam videbant remissa eē moabitis a dō: nā ipse trāsfugit ad regem moab qñ erat fugitiuus a facie saulis: ⁊ rex moab habuit se clemēter cū eo. dō quoq̄ cōmēdauit p̄rem suū ⁊ mr̄em regi moab vt manerēt apud euz ꝑcedenti. c. 22. Jn quo apparet ꝙ erat plena amicitia inter eos ⁊ non manebat aliqua inimicitia ex tpe preterito: ita vt pp offensas illas maneret aliqō ius dō agēdi ꝓtra moabitas bellice ad resartiēdum dāna: ⁊ tollendū iniurias.

Impzobō. 1° Impugnō. 2° responsio. 3° responsio. Contra. ¶Alij dicunt ꝙ nō opponebat moabitas aliqd egisse ḡ israel ad hoc vt pugnaret ꝓtra illos dō: sed poterat pugnare sine cā sicut dcm̄ fuit. s. de philistinis. ¶Sed dicendū ꝙ nō stat: qz ḡ philistinos poterat pugnare dauid nulla alia cā subeunte: qz erāt de terra chananeoz ⁊ tenebant occupatā q̄dam ptez terre debitā israelitis: iō ad recuperandū illā poterāt israelite pugnare ꝓtra philistinos: nō existētes alia cā: moabite aūt nō tenebāt aliq̄ partē terre chanaā: iō non poterant pugnare israelite ḡ eos nisi aliqua cā subesset. s. illatarū iniuriarū dānoz dauz.

Rño auct. ¶Dōm igitur vr̄ ꝙ cū moabite eēnt vicini israelitis: aliqñ forte facerēt aliqō impetū in terrā israel: pp quē posset dō repetēdo dāna agere bellū ḡ eos: vel forte egerunt moabite aliqd tale ḡ israel quale egerunt amonite cōfundētes turpiter nuncios dō: iō posset pugnare

Qō. 5. A Nō fuit p̄hibitū israelitis pugnare ḡ moabitas cōtra illos: de hoc infra decimo. ¶Queret vlterius an licitū erat israelitis pugnare ꝓtra moab. ¶Aliqs dicet ꝙ nō. qz deus hoc vetuit: nā Deut. 2. dr̄: nō pugnes ḡ moabitas nec inias aduersus eos p̄liū. ¶Rñ. ꝙ poterant israelite pugnare ꝓtra moab: illa aūt auctoritas nō p̄hibet bellū ꝓtra moab simpliciter: sed solum p illo tpe quo trāsibāt israelite p terrā moab qñ dcm̄ fuit eis hoc. qō pz allegato. c. s. venimus ad iter qō ducit ad desertū moab. dixitq̄ dōs ad me: nō pugnes ꝓtra moabitas ⁊c. nunc ergo nō tenebant illa lege. ¶Jtez illa lex intelligebatur de pugna q̄ fiebat ad acquirendū terrā: naz dicit eo. c. nō pugnes ꝓtra moabitas nec ineas aduersus eos p̄lium: nō. n. dabo tibi q̄q̄ de terra eoz: qz filys loth dedi eā in possessionē: hoc aūt dicebat deus qz cuz terra moab eēt cōiuncta terre israel: desiderarēt israelite pugnare ꝓtra moabitas vt acquirerēt terrā illoz ⁊ iungerēt eam terre sue: iō deus dixit ꝙ nō pugnarent ad hoc qz nō daret eis q̄q̄ de terra moab in possessionē: si tm̄ bellū israelitaz ꝓtra moab nō eēt ad capiendū terraz illoz in possessionē nō vr̄ p̄hibitū hac lege: dō aūt obseruauit lz qz cū̄ occiderit multos moabitas nō cepit aliqua loca terre eoz iungēs illa terre israel: sed soluz fecit sibi tributarios moabitas. ¶Jtē illa lex intelligit qñ israelite nullā cām hēbant pugnādi: ⁊ sic erat tūc qñ trāsierūt per terrā moab: nūc aūt tpe dō hēbant cāz pugnādi sicut. s. declaratū est: ḡ poterāt pugnare: aliogn deus excluisset defensionē p legē suā: qō est iniustissimū: pz hoc si nō liceret alicui hōmi pugnare ꝓtra alū ēt si bñret causaz. ¶Jtez ⁊ fortius dōm ꝙ israelite hēbant semp cām pugnādi ꝓtra moabitas ⁊ poterāt pugnare q̄cunq̄ vellēt nulla alia cā subeūte. s. qz deus dixerat Deu. 23. amōites ⁊ moabites ēt post decimā generationē nō intrabūt ecclesiā dōi in eternū: ⁊ subdit infra. nō facies cū eis pacez nec queres eis bona cunctis diebus vite tue in sempiternū: nō solū ḡ poterāt ꝓtra illos pugnare: sed ēt merebant in hoc: qz implebāt ꝓceptū dōi. nō fiebat aūt bellū istud sine cā: qz cā institutionis illius legis erat cā sufficiens ad pugnādum ꝓtra eos: ⁊ subdunturibi due cāe. s. qz noluerūt vobis occurrere cuz pane ⁊ aqua in via qñ egressi estis de egypto: ⁊ qz cōduxerunt ꝓtra te balaam filiū beoz de mesopotamia syrie vt malediceret tibi. et illa autē maledictione secuta sunt multa dāna ⁊ mortes inter israelitas. s. qz suspēsi sunt de eis. 24. millia: vt pz Nume. 25. Ad resartiēdum ḡ istā iniuriam ⁊ dāna: malitiā ⁊ fraudes moabitaz: poterāt semp israelite pugnare cōtra eos nō subsistēte alia cā: ⁊ forte ista fuit ꝓncipalior pp quā dō pugnauit contra moabitas.

¶An dō potuit licite iponere tributū moabitis. Qō. VI.

Qō. 6. A ꝑ⁹ opinio. **Queretur** vlterius an dō potuit licite imponere tributū moabitis. ¶Aliqs dicet ꝙ sic: qz cū victi in bello: lege bellica efficiant serui ꝑm ius gētiū: a fortiori poterūt victores iponere tributa victis cuz minus hoc sit q̄ ꝑsonas ⁊ bona sibi accipere. ¶Sz dicet ad lz ꝙ lege belli lz fit: sz nō est licitū oē qō lex bellica introduxit: qz de iure gētiū nō solū hñt ista locū i bello iusto: sz ēt in q̄cūq̄ bello: in bello tm̄ iniusto qcqd fit peccatū ē siue occisio siue rapina: ex pte eoz q bellū iniustū fouēt: i bellis aūt iustis pōt fieri occisio ⁊ latrocinū: inq̄tū illō bellū pōt durare iustū. lz aūt dico qz forte bellū iustū fit ad r̄petēdū aliq̄ ablata: vel ad satisfaciēdū ꝓ iniuria i qbus nō vult ps sine bello satisfacere: naz tūc bellū iustū ē q̄lscq̄ r̄petant oia dāna ⁊ sumptꝰ facti i bello ad repetēdū illa. Si aūt victores fouētes bellū iustū vltra hec voluerint aliqd capere vel cedi vacare: iaz bellū iniustū efficit: ⁊ tūc nihil pōt licite sumi vel inferri violētia aliq̄. ¶De dō aūt pugnāte ḡ moabitas dōm ē ꝙ fouebat iustū bellū: vt pz ex p̄dictis: iō aliqs dicet nō ē dubiū qn posset iponere tributū. ¶Sz dōm ē ꝙ ista rō nō ē sufficiēs qz forte id ꝓ q̄ dō gerebat iustū bellū: nō erat magnū ⁊ occidēdo multos de moabitis ⁊ accipiēdo aliqd ab eis resartiebat id ꝓ q̄ bellū ifligebat: iō si aliqd vltra lz exigeret a moabitis: peccaret: ⁊ sic cū tributa superceder̄et ad id ꝓ q̄ bellū iustū erat: nō poterāt licite poni. ¶Dōm ḡ al'r. s. ꝙ dō licite potuit ponere tributū. Et lz pp duo. Primo qz cā pp quā dō pugnabat ḡ moab: erat magna ad quā nō sufficiebat pena pauci tpis. s. ꝙ occiderēt aliq̄ moabitis ⁊ rapent aliq̄ bōa eoz: sz ēt ꝙ subycerēt i suitutē: qz sufficiebat cā illa ad nñ bñdū pacē cū eis: nec ad q̄rēdū eis bōa i ētnū: vt pz Deut. 23. iō bñ potat eis pōi tributū.

¶Scdo

bitas nisi ꝙ tpe quo trāsibāt p terram eoz.

Alia rñsio ꝙ dō pp duo potuit iponere tributū moabitis. Primo.

Secundo. ¶Secunda rō 7 efficacio: est ex lege dei: q; qñcūq; pugnarent israelite ꝑ aliquā ciuitatē que nō esset de terra chanaā debebāt offerre ei pacē: 7 si illa aperiebat portas debebat seruire sub tributo: si aūt non aperiret portas 7 caperet: dēbat tota illa gens occidi ꝓter femīas 7 paruulos. Deu. 20. si ꝑ anteq̄ ciuitas inciperet repugnare: dū tñ israelite hēent iustā cām pugnādi ꝑ eaz: poterāt facere illā tributariā: a fortiori poterāt illā subycere tributis postq̄ inciperet repugnare 7 eā caperēt. Sic aūt fuit de dō ꝑ moabitas: q; ipse habuit iustā cām pugnādi ꝑ illos vt. s. declaratū est: 7 tñ nūc nō suscepērunt eaz aperiēdo portas: sed restiterunt: ꝑ a fortiori poterat eos subycere tributis. ¶Sed aliqs obycet q dō pecca uerit faciēdo moabitas tributarios: q; tenebāt eos occidere: cū dicat Deu. 20. q si ciuitas nollet aperire portas suscipiēdo pacē dēbant oēs q in ea erāt occidi in ore gladij ꝓter paruulos 7 femīas. ¶Rñ̄ q hoc poterat intelligi dupliciter. Uno mō q importaret lex ista ptātē vel eē licitū 7 nō necessitatē: 7 tunc est sensus q si ciuitas nollet aperire portas: 7 postea caperet: occiderent oēs gladio. i. possent occidi: vl licitū eēt eos occidi: 7 tūc q̄q̄ dō posset occidere oēs moabitas q; tñ nō obligabatur noluit: sed imposuit penam minorē. s. tributū. Si aūt intelligat lex scdo mō. s. q erat necessariū q israelite occiderent illos q se nollēt tradere: dōm est q ista lex poterat suscipere dispensationem: 7 sic fuit sub dō: quia cum ipse eēt ꝓpheta verisimile est q deo mouente ageret hoc. s. q non occideret omnes: sed subyceret tributis.

Obiectio.

Resp̄sio.

L

Dēs de ciuitate nolente apire portas debere occidi quō itelligitur.

D † ¶(Et percussit dō.) Hic ponit tertiū bellū qd dō habuit ꝓtra adadezer regē syrie: 7 dr. (Et ꝑcussit adadezer). i. pugnauit ꝑ illū 7 percussit exercitū eius: ipsum aūt non percussit: q; infra dr q venit aūt syria damasci vt ꝓsidiū ferret adadezer: si tñ mortuus fuisset fcō bello nō venissz syria ad adiuuādū eum: dr tñ percussit adadezer: q; percussus est exercitus eius. Et hoc verū est q; rex adadezer superuixit: 7 postea pugnauit ꝑ dō: vt ꝑ infra decimo.

† 3ᵐ bellū dō ꝓtra regez syrie.

† (Filiū Roob regē Soba.) Notatur hic ꝓgenies huius q; pater eius roob fuerat ēt rex potens in regno soba.

E Est aūt soba quedā ꝓuincia in syria apud eufratē ex pte septentrionali terre israel: de isto rege adadezer dicit Josephꝰ. 7. antiqtatū q Nico. historio. damascenus meminit huius regis. 4. li. historie sue dicēs: post hec trāsacto iam multo tpe qdam ꝓuintialiū noīe adadus valde fortissimus in damasco 7 alia syria ꝓter fenicez ꝑerauit 7 habuit bellū ꝑ dō iudee regē: cūq; multis prelijs dimicasset nouissime circa eufratez victus est: q tūc optimus regū roboze 7 fortitudine habebat. adhuc aūt 7 eius liberos dicit q post mortē illius suscipiebāt ab alterutris regnū 7 nomē hys verbis: illo siquidē morieēte eius nepotes vsq; ad decimā generationem regnauerunt singulis qbusq; a patre mox in ipso ꝓncipio nomē accipiētibus sicut in egypto ptolomei: cuius tertius valde potēs: 7 reparare volēs aui perditionē bello illato iudeis vastauit ꝓuintiā q mō samaria appellat: nō ē aūt historiographus veritate ꝓuiatus. Js est vtiq; Benadab siue adadus qui

Soba ꝓuincia i syria.

Josephus.

† pugnauit in samaria regnāte achab. (Qñ ꝑfectus est vt dominaret sup flumen eufratē.) Jste erat rex potens in tota syria: ꝓterq̄ in fenice. Est aūt terra fenicis apud eufratē: ō ibat iste adadezer vt dñaret in terra fenicis. 7 tūc pugnauit ꝑ illū dō. ¶Sciēdū aūt q fluuius eufrates est vnus de quatuoz fluuijs paradisi. Beñ. 2. q in varijs locis terre absoztus: in alijs locis rursum renascit: 7 ob hoc apud auctozes varia de eius oziginē bētur opinio: vt declaratū est ꝑalle. c. Jste fluuius trāsit ꝑ limites terre chanaā: vnde ab eo incipit terminus septētrionalis terre chanaā: vt ꝑ Beñ. 15. 7 Deu. xi. 7 Josue. i.

Qō. 7. ¶Qr dō fecit tot bella postq̄ locutꝰ ē ei deꝰ. Qō. VII.

a **Queret** aliquis quare dō nunc faciebat tot bella: nā anteq̄ loqueretur ei deus rara bella agebat. s. fol̄ pugnabat ꝑ illos q inquietabāt eum: vt ꝑ philistinos. s. gntoz: nūc aūt pugnabat ꝓtra alias gētes: quoz bella nō erāt necessaria. ¶Rñ̄ est q dō a ꝓncipio institutionis sue in regē habuit spiritum dñi q mouebat eum ad pugnandum: 7 cōfortabat eum. prece. li. c. 16. s. spiritus dñi directus est in dō a die illo 7 in reliquo: nō tñ adhuc hēbat dō magnā cōfidentiā pugnādi: q; nesciebat an prosperaret in bellis vel nō: 7 ob hoc nō agebat nisi bella necessaria. s. qñ hostes inquietabāt eum: 7 ista adhuc nō faciebat nisi interdū cōsuleret dñz: sic ꝑ ꝑce. lib. c. 23. vbi bis cōsuluit dñm pugnaturus ꝑ philistinos pp ceylam. Jterū ēt pugnaturus ꝓtra amalechitas consuluit dñm: an pugnaret ꝓcedē. li. c. 30. Jteꝝ ēt cū pugnaturus eēt ꝓtra philistinos: deus sibi locutus est. s. c. 5. 7 q; deus nondū certificauerat eum gñaliter de ꝓsperitate in oībus bellis nō intendebat plura bella agere: iō tanq̄ hñs pacē totaliter voluit edificare tēplum dño: sic dr ꝓcec. c. s. cū sederet rex in domo sua 7 dñs dedisset ei requiem vndiq; ab vniuersis inimicis suis dixit ad Nathan ꝛc. i. dixit ei q volebat edificare tēplum dño: si tñ intendisset adhuc inferre bella sicut a ꝓncipio nō intēdisset edificare tēplū: qd erat opus magne quietis: postea aūt audiuit a dño q ipse adiuuaret eū in oībus 7 q ꝓsperaret in sempiterū num. ꝑce. c. iō iam non timuit q in aliquo bello posset succūbere: 7 ob hoc cōfidenter oīa bella tam necessaria q̄q̄ non necessaria subibat. Uocantur aūt bella necessaria illa q̄ fiunt ad defensionem suā vel suoz: vel terre sue: 7 sic fecit dō post hoc vnum bellū ꝓtra philistinos in quo ipsi fuerūt aggressoꝛes. j. 21. bella aūt nō necessaria vocātur que fiunt ꝓp alias cās: 7 sic vr de oībus bellis que nunc fecit dō contra philistinos: moabitas: syros: amonitas: 7 idumeos: q; fiebant ex alijs causis particularibus: 7 erat dō semp aggressoꝛ. Sciendū tñ q in oībus hys dō nō egit aliqō belluz sine cā rationabili: alioquin peccasset: nā moueret bella iniusta. ¶Sciendū ēt q Ra. Sa. dicit q oīa bella que hic fecit dō nominata sunt hic eo q. s. dicebat de ōsiderio dō ad edificandum tēplum ꝓcec. c. oīa aūt que acqsiuit in hys bellis cōsecrauit dño ad edificandum illud: ideo tāgit hic de bellis postq̄ dictū est de desiderio edificādi sanctuarium.

B Belluz alijud necessariū aliud non.

Ra. Sa.

Qō. 8. ¶Queret vlterius cur pugnauit dō ꝑ regez adadezer.

a ¶Rñdendū q rex saul pugnauerat ēt cōtra istū regem adadezer. ꝓcedē. li. c. 14. s. pugnabat saul aduersus oēs inimicos eius contra moab 7 filios amon: 7 edon: 7 reges soba: 7 philisteos: 3 iste adadezer erat rex soba: vt ꝑ in littera: ideo poterat esse q ex illo tēpoze maneret israelitis aliqua ratio pugnādi ꝓtra adadezer: 7 nunc dō habita opportunitate voluit pugnare cōtra eum. ¶Aliter pōt dici q rex adadezer morabat in cōfinibus israelitaꝝ. s. in terra syrie: 7 tñ inter terram syrie 7 chanaan nulla regio media est: ideo poterat esse q ex conuicinitate aliqñ adadezer inuaderet aliqd de terra israel: 7 ob hoc dō pugnaret cōtra eum. ¶Alia cā 7 rationabilioꝛ esse pōt. s. q nūc adadezer conabatur accipere quandā partem terre israel: 7 ob hoc dō pugnauit cōtra ipsum. ista cā tangitur in littera cū dicitur q pugnauit cōtra eum qñ ibat vt dominaret super eufratem: terra aūt super eufratē esse terra fenicis: 7 in illa cumputat Tyrus 7 Sydon. nam a fenice rege tyri tota illa terra fenicia appellata est: vt declaratū fuit Jud. 3. terra tñ ista pertinebat ad israelitas: 7 ponitur in sorte asser: vt ꝑ Josue. 19. ideo dauid pugnauit contra istū regem: vt defenderet terrā suam. Jsta cā videtur esse verioꝛ q̄q̄ ꝓcedētes: 7 ob hoc lra tangit eam.

a Dō quare pugnauit ꝑ adadezer.

Resp̄sio.

2ᵒ resp̄sio.

3ᵒ resp̄sio.

† (Et captis dō ex parte eius mille septingētis equitibus). i. pugnauit dō cōtra adadezer 7 occidit multos de exercitu eius alijq; fugerūt: 7 cepit viuentes mille septingentos equites. (Et viginti millibus peditū). i. ēt cepit istos pedites † viuentes: plures aūt alij pedites 7 equites fuerunt: sed illoꝛ pars quedā fugit: alia vero gladio cesa est. (Subneruauit oēs iugales curruū). i. amputauit neruos omnium equoꝛ ferentium currus. Est autē subintelligendum q̄q̄ hic non dicatur de curribus q dauid ceperit †

currus multos in bello ipsius adadezer: ⁊ pbuſſit currus: equos aūt ferentes currus ſubneruauit: p̄ter centum currus de q̄bus immediate dō: eſt aūt ſubneruare ſcindere neruos cruruz: ⁊ fiunt equi inutiles ad oīa opera. Credendū eſt aūt magis q̄ nō ſolū iſti equi ſubneruabā/tur: ſz ēt occidebant: q; fruſtra eēt immo nociuū facere equos impotētes ad opera ⁊ relinquere eos ad fruſtra vorandum ſegetes.

¶An dō potuit licite capere eḡtes viuētes. Qō.IX.

Qō.9. **Queret** aligs an licuit dō accipere iſtos mille ſeptingētos eḡtes: ⁊ viginti millia pedi/tum: vel an tenebaſ eos occidere. ¶Aligs dicet q̄ debebat eos occidere: q; iubebat domin⁹ q̄ cūq; hoſtes nō ſe traderēt ante bellū occiderentur poſtea oēs in oꝛe gladij. Deuē.20.ſz iſti pugnauerūt reſtſiētes: ḡ occidēdi erant. ¶Rn̄ q̄ illa lex intelligiť de bellis q̄ fiebāt ꝓtra aliquā ciuitatē: vt p̄z ibidē cū dō: ſi q̄ accesſeris ad expugnandā ciuitatē ꝛc. iſtud aūt fuit bellū in cāpo: iō non tenet lex: ⁊ ſic manebat in diſpōne dō quid vellet agere de viris captis. ¶Sed adhuc dicet q̄ dō tenebaſ occidere iſtos: q; dō Deuē.20.q̄ occiderenť oēs i oꝛe gladij. ¶Rn̄ q̄ illud intelligiť de chananeis manētibus in terra que debita erat iſraelitis: in alijs aūt gentibus nō tenebanť occidere oēs: vt p̄z Deuē.20. viri aūt regis adadezer erāt ſyri q̄ nō ptinent ad terrā chanaā. iō nō tenebanť occidere illos: ſed poterāt ſeruare.

Aſ Dō ſup viros captos i bello habebat idez ius q̄ dō hñt alie gētes ſup hoſtes ſuos.

Qō.10. ¶Queretur vlterius cū dō caperet iſtos viros: q̄d tenebaſ agere de eis. ¶Rn̄dendū q̄ cū capti eēnt in bello hēbat idē ius ſup illos q̄ dō hñt alie gentes q̄ capiūt hoſtes ſuos. ſ. q̄ poſſint eos vēdere in ſeruos: vel facere ſibi ſeruos: poterat ergo dō vēdere iſtos gētibus q̄ erāt in circuitu iure belli: vel poterat ſibi facere ſeruos: ſic p̄z Leui.25.ſ. ſeruus ⁊ ancilla ſint vobis de nationibus q̄ in circuitu vr̄o ſunt: ⁊ de aduenis q̄ peregrinanť inter vos: nec erat inconueniēs q̄ iſti manerēt in terra iſrael ⁊ cōicarent cū iudeis: q; ſolū erat p̄hibita iſta cōicatio cū chananeis: iō illos nō poterāt accipere in ſeruos: vel ſub aliqua cōditione pacis: ſz tenebanť occidere illos. Deuē.20. ¶Sciēdum aūt q̄ ſi iſti efficerenť ſerui debebāt cogi ad circūciſionē ⁊ oēm ritū iudaicū: vt p̄z Exo.12.ſ. ois aūt ſeruus emptitius circūcidek: ⁊ ſic comedet. ¶Item p̄z q; ſerui hēbant ptātem comedēdi de ſanctificatis q̄ ptinebāt ad ſacerdotes. Leui.22. ⁊ tñ nullus alienigena hēbat licentiam comedēdi de illis: vel tangendi ea: immo ſi vellet aliqd offerre in ſacrificium nō recipiebatur: vt p̄z eo.c. ¶Item in feſtiuitatibus magnis iubebať q̄ offerrēt iſr̄lite ſacrificia pacifica ⁊ darēt ſeruis ſuis ⁊ ancillis ptē illoꝝ coꝝā dño. Deuē.12. ⁊.16. ſi tñ nō eēnt q̄uerſi ad iudaiſmū: nihil dareť eis de ptibus ſacrificioꝝ. iō lex p̄ſuppone/bat q̄ dērent obſeruare ritū iudaicū. ¶Item q; dō q̄ deberēt iſti comedere coꝝā dño. ſ. in atrio tabernaculi in loco ſancto: gētilibus tñ nō licebat introire in ſanctuarium: vt p̄z Ezech.44.ſ. ſufficiāt vobis oīa ſcelera vr̄a domus iſrael eo q̄ inducitis filios alienos incircūciſos coꝛde ⁊ incircunciſos carne vt ſint in ſanctuario meo ⁊ polluāt domū meā. Idē p̄z Treñ.c.1.ſ. manū ſuam miſit hoſtis ad oīa deſiderabilia eius: vidit gētes ingreſſas in ſanctuariū ſuū de q̄buſ p̄ceperas ne introirēt in eccl̄iaz tuā: ob hoc aūt iudei accuſauerūt paulū ad mortē obyciētes q̄ introduxiſſet in ſanctuariū gētiles. Act̄.21. dēbant ḡ iſti ſerui hebꝛeoꝝ q̄uerti ad iudaiſmū ⁊ ſeruare cerimonias legis: ⁊ ſi recuſarēt circūcidi vel aliqd aliud obſeruare: hebꝛei dēbant cogere eos ad hoc. ¶(Dereliquit aūt ex eis cētū currus). i. cepit multos currus in bello: ⁊ de oībus hys dimiſit ſolū cētū: nō qdē ipſos currus ſz equos: q; iudei nō vtebanť curribus ad bella. Sz poſtea tpe ſalomonis fuit vſus curruū: nā ipſe hēbat currus multos: vt p̄z ſeq.li.c.9.⁊.10. cōtinet aūt glibet currus quatuoꝛ equos: vt p̄z ſe.li.c.10.ſ. q̄ egrediebať currus ex egypto ſexcētis ſiclis argēti: ⁊ equus.150. ⁊ ſic erāt quatuoꝛ in quadriga: cum tota quadriga conſtaret.600. ſiclos.

¶Queret aligs an licuerit dō ſeruare iſtos cētū currus: vel tenebať illos delere ſubneruatis equis. ¶Aliquis reſpōdebit q̄ tenebať ſubneruare equos ⁊ cōburere currus: ſic p̄z Joſue.xi. cuz iuſſit dñs dicēs: equos eoꝝ ſubneruabis: ⁊ currus eoꝝ igne cōbures. ¶Item p̄z q; dō ſupꝛa q̄ dō ſubneruauit oēs iugales curruū. i. oēs equos q̄ ligati erāt ad iuga curruū: ſi tñ dō non obligareť ſubneruare equos: nō ſubneruaſſet eos: q; illi erant magni valoꝛis ⁊ poterāt ei valde p̄ficere ad vſus ſuos: vel ſi vellet vēdere acqreret inde magnū p̄cū. ¶Rn̄ q̄ dō nō peccabat retinēdo iſtos cētuz currus: nec obligabať ſubneruare equos: q; ſoluz tenebatur ad illud q̄ō lege cautum erat: vel q̄ deus ſp̄aliter iubebat: ſed neutrum horū erat de ſubneruatione equoꝝ. naz non eſt hoc in tota lege moyſi: nec ēt legitur q̄ dñs nunc reuelauerit dō q̄ deberet ſubneruare equos. ¶Ad p̄mā rationez cum dī: equos eoꝝ ſubneruabis. Dicenduz q̄ iſtud fuit mādatum ſp̄ale directū ad ſoluz Joſue: ⁊ non erat mandatum legis: ideo non obligabat aliquē aliū: ⁊ ꝓſequēter nec dō. ¶Ad ſcām rationē cum dicit q̄ ſubneruauit dō oēs equos p̄ter centū currus. Dicēdum q̄ non erat dō obligatus ad hoc: ſed q̄ ſpōte egit. Et cuz dicit q̄ erant ei vtiles ad opus vel ad vendēdum. Dicendū q̄ non erāt vtiles dō: q; hebꝛei nō vtebātur curribus ad bellum ſicut alie gētes: forte q; non noueraťmoduz pugnandi in curribus: vel terra ſua nō erat cōueniens p̄o illis: vel deus nolebat q̄ pugnaretur in curribus: ne tribueretur victoꝛia apparatui bellico. P̄ma aūt cā vera eſt: dō quoq; nō poterat q̄uenienter ſumere equos illos ad vendēdum: q; intra terrā ſuam non poterāt vendi: cū non eſſet vſus curruū ⁊ equoꝝ: extra illam aūt poterant vendi. Sed hoc putabat dō illicitum: q; gentes in circuitu exiſtentes erant hoſtes hebꝛeoꝝ: vendere arma hoſtibus ⁊ quoſcunq; apparatus bellicos: magna inſipiētia eſt: vnde leges oīum politiaruz hoc vetant: nō ergo reſtabat dō nīſi vt occideret ſiue ſubneruaret equos. Et iſta fuit cā quare deus iuſſit ioſue vt oēs equos ſubneruaret ⁊ cōbureret currus. ſ. q; iudei neſciebant vti curribus: ⁊ non erat bonū q̄ venderētur hoſtibus. De dō aūt dicēdum q̄ reliquit centum currus. i. quadringētos equos: q; iſtis egebat forte nō ad vtēdū eis in curribus ſed ad equitandū: vel forte reliquit cētum currus vt in illis poſſent exercitari iſraelite ad pugnādum in curribus ſicut chananei. ¶(Uenit q̄z Syria damaſci.) Hic ponitur bellum dō cōtra adiutoꝛes adadezer. naz cum victus eſſet ⁊ exercitus ſuus peruſſet: nō poterat inſtaurare bellū cōtra dō: ideo ſyri de damaſco venerunt in adiutoꝛium huius: vel forte adadezer percuſſus fuerat: ⁊ captus a dō: ſyri aūt voluerūt eruere eum de manibus eius ⁊ collegerunt exercitū magnum contra eum: vnde dō occidit plurimos de illis. ¶De iſta Syria damaſci eſt dubiū an eſſet de regno adadezer: vel eſſet aliud regnum ſm Joſeph.7. antiquitatum deberet dici q̄ ſyria damaſci erat pars regni adadezer: cū ait. poſt hec trāſacto iam multo tēpoꝛe quidā p̄uincialiū nomine adadus. i. adadezer valde foꝛtiſſimus in damaſco ⁊ alia ſyria p̄ter fenicē imperauit: ⁊ ſm hoc debet dici q̄ ſerui adadezer videntes regē ſuum ſuccubuiſſe in bello congregati ſunt vt ei p̄ſidiuz ferrent. ¶Littera tñ iſta videtur innuere q̄ ſyria damaſci non erat pars regni adadezer: ſed aliud regnū diſtinctum ⁊ finitimum. nā dicit hic. venit quoq; ſyria damaſci: ſi tñ eſſet de regno ſuo: non dēret poni damaſci quaſi ad dr̄iam: ſz diceret: venit quoq; ſyria: vel venerūt ſerui adadezer de ſyria. ¶Item q; dō hic: vt p̄ſidiū ferret adadezer regi ſoba: dēret tñ dici: vt p̄ſidiuz ferret adadezer regi ſuo: innuit igitur q̄ regnū ſoba ⁊ ſyria damaſci nō ſunt idē regnum. P̄o quo ſciendū q̄ ſyria eſt magna terra ⁊ erat diuiſa in aliqua regna. nam terra idumee pars quedā ſyrie eſt: q̄dā aūt regio ſyrie vocať ſyria damaſci: q; damaſcuſ ciuitas ē caput p̄uicie illius: ē. n. damaſc⁹ ciuitas magna nimis ⁊ opulentiſſima

Qō.11. Arguit p̄.

Secundo.

A Nō peccauit dō tenēdo currus ⁊ ſeruādo equos regis ſyrie.

Ad primam rationem.

Ad ſcām.

† B Bellū ꝓtra adiutoꝛes adadezer.

C Syria damaſci an eſſet de regno adadezer.

Aſ p̄a opinio.

Alia opio.

opulētissima:apud quā beatus paulus audiuit a christo Saule saule cur me psequeris:7 cecidit ō equo in terrā 7 ad manus ductus in damascū baptizatus ē ab anania actū.9.regnū soba erat ēt quedā pars syrie ppinqua regioni damascenoꝝ in qua dñabaꝫ adadezer:ideo damascēi pietate moti iuerunt in subsidiuꝫ regis adadezer.

† (Ut pcūssū ferret adadezer regi soba).s. adadezer non poterat adiuuari a suis qꝫ in bellum tulerat:qz illos dō ex pte cepit 7 ex pte occidit. erat aūt adadezer captus a dō vt qdā volunt 7 iuerūt isti damasceni vt eriperent eum de manibus dō:alij volūt q nō erat captus a dō sꝫ effugerat:qz tō gens sua in bello perierat nō poterat reparare exercitū ꝑ dō:ad qō eū adiuuerūt sibi:sed primū verius est.s.q captus fuisset a dō:vt alij volūt:sed falsuꝫ est qz superuixit adadezer 7 pugnauit postea ꝑ dō.j.10.

† (Et pcussit dō de syria.22.milia viroꝝ).i. de syria damasci q nūc venerat cū magno egratu 7 apparatu belli/co occidit.22.milia viroꝝ. Jam.n.in isto bello non vide

† banꝫ eē aliq viri de seruis regis soba. (Et posuit dō p/sidium in syria damasci).i.posuit defensores in fortalitys:est sensus q dō vicit damascenos in bello 7 postea subiecit sibi oēs ciuitates illoꝝ quas fecit tributarias:7 vt ille nō rebellarēt negātes tributū posuit dō de viris suis pfidū.i.defensores in singulis locis syrie damasci.

† (Factaqꝫ syria dō seruiēs sub tributo).i. inceperunt ex

Qō.12. illo tpe syri de damasco esse tributary dō. ¶Queret aligs cur dō nō iunxit terrā syrie cū regno suo cū to

a taliter fuisset ei subiecta:ita vt poneret in singulis locis custodes fortalitioꝝ ex pte sua. ¶Rn̄m q non licuit dō

Non licuit dō iungeꝛ terrā syrie terre israh. iungere terrā istā terre israh cū syri hoc paterentur: qz deus posuerat certos terminos terre chanaā:7 ob hoc illos designauit Nu.34.s.vt israelite eēnt ꝓtēti illa possessione:7 nō ꝓtenderēt iungere illi aliquā aliā terram: illā nāqꝫ solam deus eis spāliter ꝓcesserat: nō ē habuit dō aligd qō ageret ꝑ syros: nisi vt eos sibi tributarios faceret. ¶Lū aūt q̄rit an hoc liceret dō. Rn̄m q licuit qz damasceni nō erāt de viris terre chanaā quos tenebanꝫ israhlite occidere:sꝫ erāt extra illā.iō poterāt israelite cōponere cū eis quācūqꝫ ꝓdōnem pacis vel tributi:

steros saulis: nō oportebat ingri eos: sz satis erat q̄ non
ingreret ad psequēdū. hic aūt ingsiuit illos ad bñfacien
dū. vt p̄z ex sequētibus: q̄ solū intelligebat de filys iona/
the. dixit tñ de filys saul: q̄ p saulē intelligebat ionathā
qui erat p̄mogenitus eius. ¶ Queret vlterius an te/
neret dō bñfacere alys filys saulis p̄ter filios ionathe.
¶ Aliqs rñdebit q̄ sic: q̄ sicut dō tenebat benefacere fi
lys ionathe pp iusiurādū interpositū. p̄cē. lib. c. 20. ita
interposuerat dō iuramētū cum saule circa filios eius.
eo. li. c. 24. ¶ Rñ̄ est q̄ non tenebat bñfacere dō poste
ris saulis q̄ nō erāt de filys ionathe sicut filys ionathe. z
ħ pp tria. ¶ P̄mo q̄ iuramētū interpositū inter dō z io/
nathā semp tenuit eo q̄ nō supuenit aliqd pp qđ violare
tur. iuramētū tñ interpositū inter dō z saulē nō tenuit: eo
q̄ postq̄ dō iurauit sauli de posteris eius inouauit aliqd
saul q̄ dō. s. q̄ psecutus est euz vt p̄z: q̄ istud iuramētuz
fuit p̄ce. li. c. 24. z postea psecutus est eū saul. e. li. c. 26.
¶ Scđa rō est: q̄ in iuramēto qđ pstitit dō ionathe cō/
tinebat q̄ dō nō ammoueret misericordiā suaz a semine
ionathe: sz q̄ bñfaceret eiū in sempiternū. eo. li. c. 2. ad cō
plēdū aūt hoc nō soluz regrebat q̄ dō nō noceret poste/
ris ionathe: sed ēt q̄ aliqđ bonū eis impēderet. iuramē/
tuz aūt qđ pstitit dō sauli nō cōtinebat ħ: sed soluz ne dō
deleret semē saulis post mortē eius z ne auferret nomē
eius de domo p̄ris sui. Ad cōplēdū autē ħ iuramētuz nō
regrebat q̄ aliqđ bonum pstaret dō posteris saulis: sz q̄
nō occideret eos: z hoc fecit. ¶ Tertia rō est q̄ dō non Tertio.
iurauit sauli de quolibet filio eius: sz soluz q̄ nō deleret
oēs. dato ḡ q̄ p hoc intelligeret ēt q̄ deberet eis bñface
re: nō seq̄bat q̄ deberet bñfacere oībus: sed satis est q̄
bñfaceret qđsdā: z q̄ filq̄ ionathe erant de filys saulis
ad complēdum iuramētum p̄stitum sauli: sufficiebat be
nefacere filys ionathe.

¶ An tenebat dauid bñfacere filys ionathe pp iuramētuz
p̄stitū p̄ri eoz vel solum pp benignitatē. Q.ō. IIII.

Q.ō.4. **Queretur** vlterius an teneret nūc dō bñface/
A re filys ionathe pp iuramētū pstitū
p̄ri eoz: vel faciebat ħ solū ex benignitate. ¶ Rñdēduz
est q̄ tenebat pp iuramētū z pp illud bñ agebat. sic p̄z. j.
21. cū dr q̄ dō pepercit mīsiboseth. s. q̄ nō tradidit eum
ad occidēdū cū alys filys saulis pp iusiurādū. ¶ Jtē p̄z ħ
q̄ iuramētū qđ pstitit dō ionathe fuit ad sempiternū. nā
dixit ionathas: si vero facies mihi misericordiā dñi: si
vero mortuus fuero nō auferes misericordiā tuam a do
mo mea vsq̄z in sempiternū: fuit aūt istud iuramētū mul
toties cōfirmatū. nā post ħ p̄ce. lib. c. 20. dixit ionathas.
de verbo aūt qđ locuti fuimus ego z tu sit dñs inter me
z te vsq̄z in sempiternū. z iterū eo. c. cōfirmatū est cū dr.
quecūq̄z iurauimus ambo in nomīe dñi dicentes dñs sit
inter me z te: z semē meū z semē tuum vsq̄z in sempiter
nū. Jtē ēt cōfirmatum est fedus: q̄ ionathas iuit ad dō
latēter in syluis z ibi pepigerūt fedus. i. p̄firmauerunt fe
dera p̄terita. p̄ce. li. c. 23. ió nō hēbat dō aliquā cām re/
cusandi ista federa. ¶ Sed aliqs dicet q̄ iuramētū iam Obiectio.
non tenebat: eo q̄ post oēs illas p̄firmationes attētatum
fuit aliqd ḡ dō. s. q̄ saul psecutus est eum. p̄ce. li. c. 23. z
24. z. 26. ¶ Rñ̄ q̄ hoc nihil obstat: q̄ ionathas nihil at Rñsio.
tentabat ḡ dō: sed saul hoc faciebat: nihil autē reus erat
ionathas: cū eo inuito ista fierent. ¶ Sed aliqs obyciet Obiectio.
q̄ ionathas non solū nō debebat p̄sentire q̄ aliqs perse
queret dō: sed ēt debebat quātū posset exponere se p eo
ne qs ei noceret: sed ħ nō faciebat: ió nō obtuabat fedus.
¶ Rñ̄ q̄ ionathas egit q̄tū debuit z potuit: naz a p̄rin° Rñsio.
saul iubebat occidi dō: z ionathas psuasionib⁹ obtinuit
ne occideret. p̄cē. li. c. 19. Jterū ēt cū saul iuberet duci
dō ad mortez: Jonathas publice rñdit p̄o eo: ita q̄ saul
iratus conatus est pcutere ionathan lācea: z fugit iona/
tas. p̄ced. li. c. 20. nō poterat aūt nec debebat ionathas
pluribus se exponere p̄o dō: eo q̄ hostis dō erat saul p̄
eius ḡ quē nō licebat ionathe pugnare armis: ēt si saul co
naret occidere eū: sed magis fugere debebat. A fortiori
ḡ p̄o dō nō debebat pugnare ḡ patrē suuz. iam tñ nihil
restabat nisi vt ionathas pugnaret ḡ saulē: cū exhortatio
nibus z p̄ecibus nō flecteret ab iniquo ppōsito. debuit

ergo ionathas desistere opponere se pro dō:nō tñ peni/
tus desistebat:nā hīta opportunitate reuelabat dō mala
q̄ tractabanť ꝑ eū vt euaderet:ꝛ cōfortabat eū.sic p3 pre
ce.li.c.23.cū dř.surrexit ionathas ꝛ abyt ī syluā ad dō ꝛ
confortauit manus eius in deo.dixitq3 ei:ne timeas:nec
enim inueniet te manus saul p̄ris mei ꝛ tu regnabis sup
ysrael.nō ꝑ̄ fuit aliqd ex pte ionathe pp qđ deberet irri/
tari iuramētū ei p̄stitū. ¶(Erat aūt de domo saul seruus
noīe syba.) Nō est intelligēdū ꝙ iste esset de domo sau/
lis.i.de ꝓgenie sicut accipiť ĩmediate est aliqs de domo
saul:sed dř de domo saulis.i.de familia: qz ptinebat ad
saulē.nā si fuisset ō domo saulis.i.ꝓgenie nō fuiss3 ꝑuus:
hic tñ vocať seruus. ¶Sciēdū aūt ꝙ iste syba vocat9 est
a ministris regis:qz putabať ꝙ ipse sciret statu3 ꝓgeniei
saulis:erat aūt iste seruus.s.qz saul acceperat eum in ali
quo bello ꝛ erat seruus eius ꝛ potuit eū retinere qz non
erat de chananeis:de oībus aūt alys gētibus poterāt ac/
cipi captiui ꝛ cōuertebanť ad ritū iudaicū:manebātq3 ĩ/
ter hebreos.(Quē cū vocasset rex ad se.) Fecit illu3 vo
cari qz p̄sumebať ꝙ ille plene oia sciret. (Dixit ei:tu es
ne syba?).i.nūqd tu es syba.dicebat ꝟ qz cognoscebat
eum.(Et ille rñdit:ego sum seruus tuus).i.ego su3 syba
seruus tuus:aliqn si istud nō subintelligať:nō erat ꝓue
niēs rñsio:cū nō esset dubiū qn ille esset seruus dauid: qz
boc modo omnes ysraelite vocabātur serui dō. (Et ait
rex:nū supest aliquis ō domo saul?).i.nunqd est aliqs vi
uens de ꝓgenie saulis.putabat.n.dō ꝙ oēs peryssent qz
in tāto tpe nullus apparebat cōā eo.ipsi tñ abscōdebāt
se ab illo:qz putabāt ꝙ pp saulē vellet delere totū genus
eius:ꝛ intelligiť de domo saul.i.de domo ionathe:qz do
mus saul reseruabať p̄ncipaliť ĩ p̄genito suo:ꝛ iste erat
ionathas.(Ut faciā miserico:diā dñi cū eo).i. vt faciaz
misericordiā cū illo quā iurauī facere in nomīe dñi.sic p3
ꝑce.li.c.20.vbi ī noīe dñi iuratū est.vel vocať misericor
dia dñi.i.misericordia pp deū.oia nāq3 q̄ boies faciunt
bono aio ꝛ nō attēdētes ad vtilitatē:dicunť facere a deo
moti:vel pp deū:ꝛ qz dō misereri volebat filys ionathe:
nō pp aliquā vtilitatē quā sperabat ab eis:sed sola pieta
te motus:dicebať facere misericordiā dñi. sic.n.petyt io
nathas a dō.ꝑce.lib.c.20.s. si virero facies mihi mīam
dñi.i.pp dñm:vel sicut facit dñs.s.qz deus nō bñfacit no
bis pp aliquā vtilitatē quā ꝙsecuturus sit a nobis:sed ex
mera liberalitate. (Dixitq3 regi syba:supest filius iona/
the.)Sciebat syba ꝙ ꝓter mīssiboseth superāt duo filij
saulis ꝛ gnq3 nepotes.sic p3.ī.21.ꝛ tñ nō exp̄ssit de illis:
eo ꝙ sciebat ꝙ dō nollet miseri nisi filys ionathe.superat
ēt qdaz filius mīssiboseth de quo nihil exp̄ssit syba:eo ꝙ
exp̄imendo mīssiboseth intelligebať filius eius:ꝛ si rex
bñfaceret mīssiboseth:ēt bñfaceret filio eius. (Debilis
pedib9).i.claudus.vocauit.n.eū debilē pedib9:vt nō re
darguereť a dō:qz forte putaret dō ꝙ mīssiboseth esset
aliqs vir pulcher ꝛ fortis sicut ionathas p̄ suus.cū autē
videret eū claudū vtroq3 pede:ꝛ despicabilē:forte incre
paret sybā:dicēs.cur duxisti ad me talē virū.vt ꝑ nō ha/
beret postea occasionē redarguēdi eū exp̄sit ꝙ erat de/
bilis pedibus:vt rex videret an vellet eu3 vocare.(Ubi
inquit est.) Hoc dixit dō volēs mittere ĩmediate p illo.
(Et syba ad regē).s.rñdit.(Ecce in domo est machir fi
ly amibel ō lodabar.) Ille erat aliquis cognatus mīssi/
boseth ex patre vel mře:ió tenebat apud se mīssiboseth
vt alereť: erat aūt ꝟ in lodabar.s.in q̄daz villa de tribu
beniamin:q̄q̄ ista nō describať in assignatione sortiū. vt
p3 Josue a.c.15.vsq3 ad.20. eo ꝙ multa obmittunť ibi.
Qz aūt eēt in tribu beniamin:satis apparet:qz hebrei cōi/
ter hitabāt in sortib9 tribuu3 suaz:ꝛ ibi alebanť. (Misit
ꝑ rex dō ꝛ tulit eum de domo machir.) Nō est.n.passus
ꝙ amplius maneret ibi:sed ꝙ esset in domo regis ꝛ co/
mederet in mēsa regis sicut filij regis.(Cum aūt venisset
mīssiboseth filius ionathe ad dō).s.tūc nesciebat ad qd
vocareť:ꝛ an aliqđ malū esset. (Corruit in faciē suam ꝛ
adorauit).i.inclinauit se vsq3 ad terrā sup vultū suum ꝛ
adorauit regē.i.exhibuit ei reuerētiā.q̄libet.n. humiliā/
tio capitis magna ꝛ inclinatio ad terrā:vocať adoratio
nō loquēdi scriptur.(Dixitq3 dō mīssiboseth?).i.o mīssi †
boseth. erat.n.iste modo applaudēdi qz diligebat eū dō
nimis pp patrē suū.(Qui rñdit adsum seruus tuus).i.si †
aliqd iubes ego seruus tuus ꝓsto sum.(Et ait dō.) Hic †
ponit scōm huius.c.s.in quo dō ionathe filiu3 ne timeat
admonet:ꝛ dř(Ne timeas.) Uidit.n. dō ꝙ mīssiboseth †
erat pauidus:qz forte nesciebat ad qd vocabať:ió abstu/
lit ei timorē dicēs ne timeas.(Quia faciēs faciā in te mi †
sericordiā pp ionathā p̄z3 tuū).i.nō timeas qz nō solu3
ego nō malefaciā tibi:sed ēt faciā mīam magnā tecū pp
p̄z3 tuū.s.qz ille mihi fecit:vel qz ego iurauī ei ꝙ face/
rem. (Et restituā tibi oēs agros saul p̄ris tui).s.mortuo †
saule ꝛ trāslato regno in dō:ꝓgenies saulis miserabilis
erat ꝛ oīa que ptinebāt ad eos pp saulē ablata fuerant a
seruis dō: ꝛ forte hoc ignorāte dō.nūc vero volebat ꝙ
oīa que pertinuerāt ad saul reducerētur ad mīssiboseth.
vocať autez saul p̄ mīssiboseth:ꝛ tñ erat auus eius:eo ꝙ
more sacre scripture oēs supiores vsq3 ad q̄rtā ꝛ quintā
generationē vocanť p̄res:ꝛ deiceps vocanť maiores. sic
p3 de balthasar cui dixit daniel nabuchodonosor p̄ tu9.
Daniel.5.ꝛ tñ balthasar erat in q̄rta gñatione a nabu/
chodonosor.sic p3 extra de verbo.sig.c.nabuchodono/
sor.(Et comedes panē in mēsa mea semp).i.q̄q̄ dē tibi †
istos agros:nō do vt de redditib9 eoz alaris:qz tu sem/
per comedes in mīsa mea:sed do tibi istos agros vt abū
des ꝛ alať familia tua inde. Jn ꝟ aūt equiparauit dō ip3
mīssiboseth filys regis.s.ꝙ comederet ad mensam sicut
illi cū rege.plura quoq3 bona fecisset ei dō si capax fuis
set:q̄dā tñ bona erāt q̄ nō cadebāt in ipm eo ꝙ claudus
erat.dř aūt comedes panē:qz noīe panis intelligunť oēs
cibi.sic p3.ī.4.li.c.6.cū dixit heliseus.pone ante eos pa
nē ꝛ aquā.ꝛ segtur ꝙ apposita est illis magna ciboz pre
paratio.(Qui adorās eū dixit).i. mīssiboseth inclinauit †
se in terrā qñ rex ei ista ꝓmisit in signuz magne actionis
grāz.sic.n.cōsuetū est nūc fieri coram magnis dñis:vt cuz
aliqd cōcesserint vel dixerint se cōcessuros ipēdatur eis
actualr reuerētia magna. (Dixit qs ego suz ꝑuus tuus) †
q.d.ego q sum seruus tuus nihil bonū mereor q̄ tu dñe
rex mihi polliceris.(Qm̄ respexisti sup canē moztuuz fi/
lium mei). q.d.magna fuit benignitas tua dñe rex qz
voluisti respicere ad me qui suz vir despicabilis sicut ca
nis mortuus:nec video: maioris vtilitatis.canis.n. mor
tuus nihil boni ꝓstat ꝛ magnum fetorē emittit:ita ꝛ ego
cū sim claudus vtroq3 pede nulli ꝓdesse valeo ꝛ multos
ipedio cū circa me occupanť.q.d.si ego essem vir fortis
vel excellēs nimis in aliquo ꝛ velles mihi pp patrē meū
misereri:nō esset tātipēdendū op9tuū:qz tñ ego sum peni
tus inutilis ꝛ vis mihi miseri:inextimabile est opus tuū. £
¶(Uocauit itaq3 rex syban puerū saul.) Hic ponitur ter †
tium huius.c.in quo dō ipsi mīssiboseth diligēter ꝓui Dō diligē
det.s.ponēdo iconomū ꝓ administratione bonoz mīssi/ ter puidi
boseth:ꝛ dř ꝙ vocauit dō syban:qz forte qñ logbať da/ Mīssibo/
uid ista ad mīssiboseth:non erat pñs syba:vocať āt puer seth.
saulis.i.seruus eius captus in bello.vt.s.dictuz fuit.vel
puer.i.minister:qm̄ oīs seruiēs vocať puer modo vulga/
ri ꝛ mō sacre scripture. (Et dixit ei:oīa quecūq3 fuerūt †
saul ꝛ vniuersam domū eius).s.oīa bona mobilia ꝛ imo/
bilia saulis:ꝛ quicqd ad ipsum aliquo modo ptinuit ego
trado mīssiboseth:ꝛ istud est tradere ei domū saulis:vel
vocatur domus saulis.i.successio in ꝓmogenitura ꝛ fami
lia:ita ꝙ iam domus saulis nominet in solo mīssiboseth:
q̄q̄ alij sint de ꝓgenie saulis.(Dedi filio dñi tui.) Aliq †
putant ꝙ hoc intelligať de micha filio paruulo mīssibo/
seth:qz dř filio dñi tui:ꝛ tñ dñs sybe erat mīssiboseth:ꝛ
sic fiebat donatio filio mīssiboseth. ¶Sed dōm ꝙ non
stat:qz ista donata fuerūt mīssiboseth:cū supra dixerit da
uid ad mīssiboseth restituā tibi oēs agros saul p̄ris tui.
¶Cum aūt obijciť qz dř filio dñi tui.nō obstat:qz mīs
siboseth vocať filius dñi sybe. ¶Pro quo sciēdū ꝙ syba

aliqñ

aliqñ vocaf seruus saulis: ⁊ aliqñ seruus missiboseth. ꝓ primo mō filius dñi sybe vocaf missiboseth. sic accipif. s. in lra. s. erat aūt de domo saul seruus noīe syba: ⁊ tunc vocaf missiboseth filius dñi sybe. sic accipif hic cum dicif. dedi filio dñi tui. i. missiboseth. ⁊. j. cum dr. missiboseth aūt filius dñi tui comedet semper super mensaz meam. Alio mō vocaf syba seruus missiboseth. sic accipif. j. 19. cum dixit missiboseth: dñe mi rex: seruus meus cōtēpsit me: ⁊ logtur ibi de syba qui noluit sternere asinū ipsi missiboseth: ⁊ tunc filius dñi sybe vocatur ipse micha filius missiboseth. sic acccipif. j. in littera. s. operare terrā tu ⁊ filij tui ⁊ inferas cibos filio dñi tui vt alaf: qō intelligif de micha filio missiboseth: qz missiboseth comedebat in mensa regis.

Q.5. A ꝓria opio.

Cān dō dederit oīa q̄ fuerāt saulis filio ionathe. Qō. V.

Queret aliqs qūo dō dedit missiboseth oīa q̄ fuerant saulis ⁊ totā domū eius: qz aly erāt de stirpe saulis. s. duo filij eius ⁊ quinqz nepotes: quibus ꝓuenire debebat pars hereditatis saulis. Caliqs rñdebit ꝙ hic solum agif de possessione ionathe: ⁊ illa tota puētura erat missiboseth: qz nullus alius superat de stirpe eius. Luz aūt dr ꝙ dō dedit ionathe oīa que fuerant saulis. dicef ꝙ accipif saul ꝓ ionatha sicut. ꝑ. accipiebaf: cuz dr. nunqd est aliqs de domo saul vt faciā miserico: rdiā cū illo: ⁊ tñ ibi accipif saul ꝓ ionatha: vt. ꝑ. declaratū est. Rñdēdū ꝙ non stat: qz necesse est ꝙ intelligaf lra ista de possessione saul: cū dr. oīa quecūqz fuerunt saul ⁊ vniuersam domū ei⁹ dedi filio dñi tui. ibi aūt necesse est distingui saulem ⁊ dñm sybe. dns tñ sybe erat ionathas cuius filius erat missiboseth: cui ista donata sunt. ꝙ opz ꝙ nō solū donata fuerint hic bona ionathe: sed etiaz saulis: qz aliqn nō diceref: oīa que fuerūt saulis dedi filio dñi tui: sed oīa que fuerūt dñi tui dedi filio eius. nō ꝙ accipif hic saul ꝓ ionatha. Alr aūt rñdet Ra. dō canbi. ꝙ oīa ista bona saulis nō ptinebāt integre ad missiboseth. Dauid tñ qz erat rex potuit tollere ius alio: uz ⁊ tradere illud missiboseth. hoc pbat ꝑce. li. c. 8. cū dr: hoc erit ius regis q impaturus est vobis. ⁊ seqtur: agros vestros ⁊ vineas ⁊ oliueta optia tollet ⁊ dabit seruis suis ⁊ segetes vras ⁊ vineaz reddit⁹ adecimabit vt det eunuchis suis. Sed ista rñsio nō stat: qz hic ꝓsupponif ꝙ oīa q̄ hñr pal. c. pertinēt ad regē licite. sed falsum est: qz plurima illoz inducūt magnā violētiā ⁊ pcm̄: vt ibidez declaratū est: si ꝙ de iure ptinebat pars istaz possessionū ad alios successores saulis: nō potuit licite dō dare totā possessionē missiboseth. Caliter aūt rñdet idez Ra. dō canbi. s. ꝙ tota domus saulis ꝑdiderat possessiones ptinētes ad saulē ꝓp rebellionē quā hūit domus saulis ꝙ dō. s. qz de iure erat debitū regnū ipsi dō: ⁊ tñ domus saul fecit ꝙ regnaret bis boseth: in quo ꝑiudicatū est ei: ⁊ ob ꝟ potuit oēs de domo saulis ꝓuare possessionibus suis. Alr aūt ⁊ melius dici pōt ꝙ dō dedit missiboseth oīa que fuerāt saulis: ⁊ in hoc non ꝓuauit alios iure suo: qz ad missiboseth ptinebāt oīa: nā missiboseth erat fili⁹ ionathe ⁊ ille erat ꝓmogenitus saulis. ꝓmigeniti aūt viroz nobiliū marīe regū succedūt ꝑri vlr: aly aūt frēs nihil habēt nisi quedā dona in modū legatoz ⁊ nō vt hrdes succedētes ꝑri ab intestato. ionathas aūt erat ꝓmogenitus regis: iō oīa bona saulis ptinebāt ad eū ⁊ ꝓnter ad missiboseth filiuz ionathe qui erat vnicus filius eius. Sed obyciet ꝙ ꝟ ꝙ ionathas nō succederet vlr ipsi sauli q̄q̄ eēt ꝓmogenitus eius: qz in veteri testō ꝓmogeniti solū suscipiebāt duplū de hrditate ad reliqs filios. vt ꝑ Deutero. 21. Rñderi pōt ꝙ illa lex tenet in boībus cōmunibus: nō aūt in regibus: nā in regno nō poterat succedere nisi vnus. s. ꝓmogenitus: ⁊ tñ iste plus hēbat q̄ duplū: imo plus q̄ cētuplū ad alios fratres: vr ꝙ ꝙ in istis nō teneret illa lex: ⁊ ꝓnter succedebāt in oībus sicut nunc succedūt ꝓmogeniti viroz magnoz: ⁊ illi dr hr̄e domum patris ex integro: sic significaf hic cuz dr in lra: oīa que cūqz fuerūt saul ⁊ vniuersam domū ei⁹ dedi filio dñi tui.

Alia rñsio.

Caliter aūt dici pōt ꝙ dō dedit oīa bona saulis missiboseth: eo ꝙ aly de ꝓgenie saulis nō habebāt ius succedēdi: naz solū erant duo filij saulis ⁊ quinqz nepotes ꝓter missiboseth. vt ꝑ. j. 21. ad nullū tñ illoz pertinebat de iure successio: non aūt ad duos filios saulis: qz illi erāt illegitimi. s. filij respha cōcubine saulis. vt ꝑ eo. c. illegitimi aūt non succedūt: maxime apud viros nobiles. qnqz autē nepotes saulis non succedebāt q̄q̄ legitimi essent. erāt nāqz filij merob filie saulis. e. c. Jn veteri tñ testō femine non habebāt ius succedēdi patri in toto vel in parte stantibus filijs: vel saltē vnico ēt si femie multe essent: sed succedebant femine: filijs nullis stantibus. vt ꝑ Nume. 27. merob ergo filia saulis nō poterat succedere stāte ionatha ⁊ alijs filijs saulis: ⁊ ꝓnr nepotes saulis ex merob non poterāt in aliquo succedere sauli stantibus nepotibus eius ex ionatha. nullus ergo erat de stirpe saulis cui ex iure cōpeteret sauli succedere in aliquo nisi missiboseth: ideo ei tota saulis hereditas cedebat. Nihil ꝙ iniustū egit dauid tradēs omnia bona saulis soli missiboseth: ⁊ ista vltima est solutio: nullā recipiēs calūniā. nam oēs ꝓcedētes in aliquo sunt calūniabiles. C(Operare igif ei terrā). i. cole terrā possessionis ꝓ: missiboseth. in hoc. n. cōstituit syban ꝓcuratorē vel dispēsatorē domus missiboseth. (Tu ⁊ filij tui ⁊ serui tui). i. oēs colite terrā quā nūc dedi missiboseth qz lata est ⁊ multis cultoribus eget. hēbat autē syba familiā magnā ad colendū. s. 15. filios ⁊. 20. seruos. vt ꝑ. j. in littera. Jn hebreo solū habetur hic. (Tu ⁊ filij tui.) ⁊ nō ponunt serui: trāslato: tamē noster posuit seruos cū dicaf. j. ꝙ habebat syba. 20. seruos: verisīle aūt erat ꝙ ēt cultura imponeret seruis: cum ad illos magis pertineat. (Et inferes filio dñi tui cibos). i. ex cultura dabis cibos filio dñi tui. s. micbe filio missiboseth: nam ipse missiboseth nō indigebat illis cū semper alēdus esset in mēsa regis. (Missiboseth autē filius dñi tui.) Ecce qualr equiuocaf hic dns. nā ꝓmo accipif filius dñi ꝓ: ipso filio missiboseth: ⁊ dns vocaf ipse missiboseth. Scō accipif filius dñi. s. missiboseth ⁊ dns vocaf ionathas: alioquin nullo mō stabit lra. vt. ꝑ. declaratum est. (Comedet semp panē super mensaz meā). q. d. oīa que habueris ex cultu terre cōuertas in alimentum micbe filij missiboseth: naz ipse missiboseth hoc nō eget: cū semper sit comesturus super mēsam meā. (Erant aūt sybe gndecim filij ⁊ viginti serui.) Hoc ponif ad exponē dum supioza. naz dixit dauid ad syban ꝙ ipse ⁊ filij sui ⁊ serui sui colerēt terrā missiboseth: ideo ponif quot erāt: vt sciaf an possent colere illaz. (Dixitqz syba ad regē: sicut iussisti dñe mi rex ꝟo tuo sic faciet seruus tuus.) hic acceptauit syba ꝓcurationē rerū missiboseth. s. ꝙ libēter hoc ageret. (Et missiboseth comedet super mensam tuā quasi vnus de filijs regis). q. d. ego non debeo curare de alēdo nisi saltez filiū missiboseth: qz ipse missiboseth semp comedet super mēsam regis sicut vnus de filijs regis. s. qz oēs filij dō comedebāt super mensam regis. i. dabaf eis cibus regius. (Habebat aūt missiboseth filiū paruulū noīe micha.) Istud dicif ad signandū quis esset ille quē alimētare debebat syba. apparet autē ex ꝟ id qō. ꝑ. dicebaf. s. ꝙ iam transierāt septez vel octo anni de regno dō super israel cum haberet missiboseth filiuz paruulū ⁊ ꝓnter ipse esset annoz. 20. vel quasi ad minus. (Omnis vero cognatio domus sybe seruiebat missiboseth). i. oēs de domo sybe. s. quindeciz filij eius ⁊. 20. serui seruiebant missiboseth: vel dicif omnis cognatio. i. nō solū familia domus sybe: sed etiā oēs cognati sui seruiebāt missiboseth. s. colēdo terras eius: vel seruiebāt ei. s. impendēdo ꝓnorē ⁊ oēz famulatū. nam nullos alios ministros habebat missiboseth nisi sybā ⁊ domū eius: ideo quādo fugit dō de hierusalez ⁊ voluit illuc ire missiboseth: nō habuit quis sibi sterneret asinū nisi sybam ⁊ ille sternere noluit. si autē alios seruos habuisset: iz non strauisset syba asinū; alius hoc egisset: missiboseth tamē conquestus est regi dicēs: dñe mi rex seruus meus contēpsit

me.dixi enim ego ei: seruus tuus vt ſterneret mihi aſinū
et aſcendens abirem cum rege.non ergo habebat miſſi-
† boſeth alios ſeruos. (Porro miſſiboſeth habitabat in
bieruſalē).i.miſſiboſeth non habitabat in loco vbi erāt
poſſeſſiones ſue.ſ.in beniamin:vel in lodabar vbi p̄ius
alebatur:ſed habitabat in bieruſalem cum dauid.filius
† aūt eius micha manebat in lodabar et alebatur a fami-
† lia ſybe. (Quia de menſa regis iugiter veſcebatur). i.
ex hoc q̄ alebatur de menſa regis neceſſe erat q̄ mane
ret ſemper in bieruſalem: q̄ dauid ſemper morabatur
† ibi.(Et erat claudus vtroq; pede.) Fit enim repetitio bu
ius:q̄ iam ſupra dictum fuerat q̄ claudus erat.ponitur
autem ad ſignificandū q̄ dauid non poterat eum mittere
ad bella vel ad ſimiles expeditiones quia claudus erat
vtroq; pede.

¶ Incipit capitulum. 10.

Factum eſt autem poſt hec vt moreretur rex filiorum amon: et regnaret anon filius eius p̄ eo. Dixitq; dauid. Faciam miſericordiam cum anon filio Naas: ſicut fecit pater eius mecum miſericordiam. Miſit ergo dauid conſolans eum per ſeruos ſuos ſuper patris interitu.

Factum eſt. In ſuperioribus deſcripto erga p̄ximum dauid ſtudio habito. hic agitur de recompenſato beneficio.ſ. qualiter dauid fuit gratus ei qui impenderat ſibi beneficium. Et diuidit in tres partes. P̄imo ponitur dauid gratitudo p̄opter impenſum beneficiū. Secūdo illata ſibi iniuria per malum conſilium.ibi(Cum aūt veniſſent.) Tertio vindicās iniuriam ppter illatum opp̄obriū.ibi(Cūq; audiſſet.)

Qō.1. ¶ Querit circa p̄imū an iſta que hic habētur contineāt ordinē ꝓſequentē ad p̄cedētia:vel ſit mutatus:et an ſint facta īmediate vel magno tēpore poſt. ¶ Reſpondendū

A Ordo cōtinuus eſt. eſt q̄ hic eſt ordo cōtinuatus.naz lra dicit. Factū eſt aūt poſt hec.hec ergo que habētur hic poſt p̄cedētia acciderunt. ¶ Cum aūt dicit:an fuerint facta īmediate poſt p̄cedētia. Dicēdū q̄ non apparet.ſatis tamē videt dicēdum q̄ iam maior pars regni dauid ſuper iſrael tranſierat.regnauit enim dauid ſuper iſrael annis.37.ſ. quinto. et ſeq.li.c.2.et tm̄ videt q̄ iam tranſierant quaſi. 20. anni de regno dauid quādo iſta facta ſunt:q̄ hoc tēpore genitus eſt ſalomon.qō p;q̄ in iſto.c.agit de bello contra amonitas:et dum iuiſſet illuc ioab et manſiſſet dauid in bieruſalem accepit dauid berſabee vxorem vrie. ſequē. c.et in p̄imo acceſſu genuit paruulum qui ilico mortuus eſt:poſt quē genuit ſalomonē.j.12. et tm̄ ſalomō erat puer paruulus et tener quādo mortuus eſt pater ſuus:vnde p̄pinquus dauid morti diſponens de templo edificādo:dixit ſalomon filius meus puer paruulus eſt et delicatus.ꝑ paral.22.quādo etiā incepit regnare ſalomon dixit:ego ſum puer paruus et ignorans egreſſum et introitū meum. vt p; ſequen. lib.c.3.ergo eſſet ſalomon in morte dauid annorum.17.vel.18.alioquin non ſe vocaſſet pueruz. Dauid tamen regnauit ſuper bieruſalem.33.annis.ergo iam fluxerant de regno eius quaſi.20. anni quando genitus eſt ſalomon:qō fuit contēporaneum iſti bello cōtra amonitas vt dictum eſt.ergo ad minus tranſierant iam anni 15. vel quaſi de regno dauid ſuper totum iſrael quando
† fuit iſtud bellum cum amon. ¶ (Factū eſt autē poſt hec).ſ. poſtq̄ dauid ſuſcepit miſſiboſeth ad menſam ſuā.de quo
† p̄ceden.c.(Ut moreretur rex filiorum amon).ſ. naas vt.j.dicitur. Erant enim iſti amonite apud terraz iſrael ex latere ſeptētrionali terre duarum tribuum et dimidie: vnde iſte due tribus et dimidia tenebant magnam partem terre que olim fuerat de regno amonitarum:vt patet Joſue.13.(Et regnauit anon filius eius p̄o eo).i.im
† mediate poſt mortem patris fuit inſtitutus in regē anon filius eius. ¶ Sciendum autem q̄ tam iſte q̄ filius dauid p̄imogenitus.de quo infra.13.vocantur anon:et littera noſtra non ſeruauit differentiam in nominibus eorum. nam ſm̄ hebreos iſte rex vocatur Hanum:et filius dauid vocatur anon.ſ.p̄imum incipit per he:ſecūdum incipit per aleph:ſed littera noſtra non habet ſimiles differen-
† tias.(Dixitq; dauid:faciam miſericordiam cum anon filio naas.) Miſericordia iſta erat q̄ dauid mitteret ei cōſolatores ſuper morte patris hortās ne affligeretur mimis:et forte pollicebatur ſe adiutorem eius in ſingulis:de
† quo deberet gaudere anon.(Sicut pater eius fecit miſericordiam mecum.) In hoc apparet gratitudo dauid: q̄ noluit bñficia manere irremunerata:et q̄q̄ mortuus eſſet ille qui benefecerat non oblitus eſt beneficium:ſed poſteris ſuis retribuit.

¶ An dauid peccauerit volendo conſolari et benefacere regi amon. Queſtio. II.

Q.2. **Queret** aliquis an dauid peccauit volendo conſolari et benefacere regi amon. ¶ Aliqs dicet q̄ ſic:quia hoc erat vetitum in lege. nam Deuter. 23.dicitur. de amonitis et moabitis:non facias cum eis pacem nec queres eis bona cunctis diebus vite tue in ſempiternum. Dauid tamē queſiuit hic bona regi amon. ergo peccauit. ¶ Reſpōdēt hebrei q̄ dauid peccauerit volendo facere miſericordiam regi amon:et in penā huius peccati dicūt euenīſſe ei q̄ amonite quos volebat cōſolari perſequerētur eum cōfundendo turpiter nuncios eius. ¶ Sed dicendū eſt q̄ dauid non peccauit hic: ſed potius bene egit:ideo laudatur de hoc.nam id qō naturaliter bonū eſt cuz ſit bona intētione:ſemp eſt bonū:reddere tamē gratiaz in re vel in voce p̄o ſuſcepto beneficio eſt de iure naturali cū ratio hoc dictet.faciēdo ergo dauid ſm̄ hoc nō peccabat:ipſe tm̄ ſuſceperat beneficiū magnū a rege naas:et tenebat naturalr ad ſatiſfaciendū: ſatiſfacere ergo erat actus virtutis iuſtitie.imo ſi dauid nihil voluiſſet rependere p̄o hoc beneficio data opportunitate rependendi peccaret. ¶ Cum autem obycitur q̄ iſraelite nō debebāt querere bona filyz amon. ¶ Reſpondēdum q̄ hoc intelligit q̄ nō haberēt magnā cōicationē cū eis:nec deſiderarēt bñfacere illis ſicut amicis.ſi tm̄ cōtingeret q̄ interdū aliqs amonita in bñficio p̄ueniret hebreū et ſuccurret ei in anguſtys:tenebat naturalr hebreus ad faciēdū miſericordiā amonite cū poſſet:non tm̄ debebāt hebrei p̄uenire amonitas bñficys quaſi inciādo eos ad mutuā amicitiā et cōicationē:et hoc ppie vet hic. Dauid aūt nō p̄uenit regē naas bñfaciēdo ei:ſed magis ſuſcepit ab eo:cuz nihil adhuc ipſe egiſſet.iō poſtea reddēs ei vicē:nō agebat ꝑ iſtā legē. ¶ Queret vlterius qs erat iſte naas rex amon q̄ fecerat miſericordiā cū dauid:an eſſet ille cuz quo pugnauit ſaul qui volebat eruere oculos dextros viroz iabes galaad.p̄ce.lib.c.11. ¶ Aliquis dicet q̄ nō:q̄ ille erat hoſtis iſraelitarū:ideo nō faceret miſericordiā iſraelitis. ¶ Itē dauid nō auderet ſe cōmittere illi eūdo in terrā ſuam cum eſſet hoſtis. ¶ Rñdēdū eſt q̄ veriſimile eſt illū fuiſſe naas ꝑ quē pugnauit ſaul:qō p; ex tpe:nā poſt illud bellū i terra iſrael nullus rex fuerat niſi ſaul qui tūc regnabat et egit bellū: nūc aūt ſucceſſerat ei dauid:ita in terra amon ille naas regnauerat:et nunc dr̄ q̄ incipiebat regnare anon filius eius. ¶ Cum aūt obycit q̄ ille erat hoſtis iſrael et nō reciperet dauid. ¶ Rñderi pōt q̄ iaz ceſſauerat illa hoſtilitas cū fuiſſet in p̄incipio regni ſaulis:iō libēter ſibi in alterutrū bñfaciebāt hebrei et amonite:iō potuit bñfacere dauid. ¶ Aliter dici pōt q̄ q̄q̄ duraret hoſtilitas bñfaceret naas ipſi dauid:imo forte magis bñfaceret ei manēte hoſtilitate q̄q̄ alſ.cā eſt:q̄ naas erat p̄ncipalr hoſtis ſaulis:iō cuicūq; faueret ꝑ ſaul:Dauid tm̄ qñ ſuſcepit miſericordiā a naas erat hoſtis ſaulis.ſ.profugus ab eo:iō gratis bñfaceret ei naas:vt ille quoq; aduerſareť ſauli. ¶ Ad ſcōm cū dr̄ q̄ dauid nō auderet ire ad regē naas: q̄ erat hoſtis. Dicēdum ſicut p̄ius.ſ.q̄ iam erat remiſſa

hoſtilitas

A Dō nō peccaſſe bñfaciēdo regi amon.

Obiectio.

Rñſio.

Q.3.

Quis erat iſte naas.

A Naas qui miſericordiam fecit dō ē ille ꝑ quē pugnauit ſaul.

Obiectio.

Rñſio.

Ad ſcōm.

hostilitas:r dato q̄ non esset remissa dō ꝑfidenter descē
deret ī terrā naas. sic.n. fecit qñ fugit ad philistinos:nā
ideo fugit illuc qz philistini erant inimici saulis:r sic pu
tabat se manere securū apud eos:r sic fcm̄ est: nā ilico
vt saul cognouit descendisse dō ad philistinos despauit:
cessauitq̄ eum ꝑsequi:ꝓcce.li.c.27. ¶Queret vlte
rius q̄ misericordia fuit ista quā naas rex amon fecit cū
dō. ¶Aliqui rndent q̄ iste naas erat simul rex amon r
moab:dō aūt descēdit ad eum qñ fugiebat a saule r su
scepit eum benigne:mansitq̄ apud eum in ꝓsidio:ꝑez
vero r matrem posuit cū ipso rege moab:stetitq̄ ibi dō
quousq̄ regressus est in terrā iude : vt ꝑz ꝓcce.li.c.22.
mortuo aūt rege naas:filius eius mansit rex amon:r illū
voluit consolari dō ꝓ̄ beneficio suscepto. ¶Sed ista
positio nō est satis verisimilis:qz nō leginus aliqñ fuisse
regem q̄ simul esset rex amonitaꝝ r moabitaꝝ:sed sicut
isti erāt duo populi:ita hēbant semper reges distinctos:
maxime qz tam naas q̄ filius eius amon vocatur hic rex
amon solū:iō dicere eū fuisse regē moab est aliqd fictū.
¶Aliter aūt dicit Ra.Sa.ſ.q̄ dō fuit apud regē moab
cum viris suis r patre r matre : recedente aūt dō inde
rex moab occidit ꝑrem r matrem dō r oēs amicos qui
manserāt cū eo rege ꝓter quosdā qui effugere potuerūt
r illi venerunt ad regē amon:q eos benigne suscepit pp
dō:qđ reputauit dō sibi esse magnā misericordiā. Jsta
positionē tenet Nicolaus:r dicit eam esse verisimilē : qz
dō habuit se acriter cū moabitis.ſ.faciēdo duos funicu
los vnū ad occidendū r vnū ad viuificandū.ē.s. ¶Sed
non est ista positio multū verisimilis:non est enim ꝓba
bile q̄ cū rex moab benigne suscepisset dō in terra sua
r manserit ibi q̄tum voluit q̄ illo abeunte nulla cā sub
orta rex occiderit ꝑrem r mrem dō. ¶Jtē nō est verisi
mile q̄ cuz dō recederet totaliter de terra moab in ter
ram iude relinqueret ꝑrem r matrē in terra moab cum
ꝓ̄ius secuz illos duxisset. ¶Jtem nō est verisimile qz si
moabite occidissent ꝑrem r matrē dō r amicos:maiori
pena puniuisset eos:nā amonitas ꝓ̄ hoc solo q̄ raserunt
barbas nuncioꝝ eius tam dure punīit vt serraret eos
r duceret super illos carpenta ferrata r diuideret eos
cultris:duceretq̄ in typo laterū.j.12.a fortiori puniuisset
acrioribus penis moabitas ꝓ̄ occisione patris r mris
r amicoꝝ:tñ non intulit eis graues penas:sed solū occi
debat illos in funiculo morte cōi:ergo non occiderant
patrem r mrem eius:sed fecerant aliqđ maluz minus.
¶Aliter aūt dicit glo. ordi. r dicto.scho.ſ.q̄ cum dauid
iuisset coꝝā rege geth mutauit faciē suam r fugit.ꝓcce.
li.c.21.tunc aūt venit ad regē naas in terrā amon q̄ euz
benigne suscepit:erat aūt dō tunc quasi solus : iō vt ha
beret viros secū redyt inde ad terrā iuda in speluncam
odolā:r illuc cōuenerunt ad eum cognati sui r multi alij
vsq̄ ad quadringentos viros:ꝓcce.li.c.22. hoc aūt ve
risimilius est:r magis tenēdū. ¶(Misit q̄ dō ꝓsolās eū
per seruos suos).i.misit dō ad ꝓsolandū amon regē amō
p seruos suos.ſ.q̄ dixit eis aliqua verba consolatoria q̄
loquerenť ad amon ex ꝑte sua. (Sup patris interitu).i.
ista ꝓsolatio erat ꝓ̄ morte naas ꝑis amon:qz putauit dō
q̄ multū inde tristaret amon. Jn hebreo dr̄(ꝓ̄ patre)
vbi nos dicimus:super ꝑis interitu:sed lra nra expssior
est:nā amon nō indigebat cōsolatione super ꝑre suo abso
lute:sed qz mortuus erat.(Cum aūt venissent serui dō.)
Hic ponit scōm huius.c.ſ.illata dō iniuria pp malū con
silium:nā ꝓsiliary regis amon errauerūt nimis iubēdo q̄
nuncij dō infligerent ꝓtumelie que irrogate sunt:nam
ex hoc secutū fuit eis malū:r dr̄ (Cū aūt venissent serui
dō in terrā filioꝝ amon.) Non est intelligendū q̄ soluz
venerunt:sed ēt ꝓposuerunt regi verba que iusserat dō
ad ꝓsolandū:aliqn nesciuissent ꝓsiliary regis amon ad
qd venerāt viri dō:r tñ sciebāt:qz dixerunt:putas q̄ pp
honorē ꝑis tui miserit ad te ꝓsolatores. (Dixerūt ꝓn
cipes filioꝝ amon.) Jsti erāt ꝓsiliary regis:naz cū essent
ꝓncipes terre:ipsi disponebāt de negocijs regni r assi
stebant regi:ꝓ̄sertim qz forte r:x erat iuuenis nūc no
uiter intronizatus.(Ad anon dm̄ suuz).ſ.q̄ iam fuerat
assumptus in regē.(Putas q̄ pp honorē ꝑis tui:dō mi
serit ad te ꝓsolatores.)Hoc dixerūt ꝓncipes amon vt
inducerēt regē ad occidendū vel iniuriā inferendū viris
dō.nā videbāt q̄ ꝓposita ambasciata:rex nihil mali eis
infligebat quasi assentiēs illis:iō dixerūt ꝓncipes:putaſ
q̄ pp honorē ꝑis tui.i.tu cogitas q̄ isti venerint ad te
pp honorē ꝑis tui:iō non noces eis.sed falsum est qz ve
nerūt ad insidiādū terre. Jn hebreo hr̄ (Si honorat dō
ꝑrem tuū in oculiſ tuis:qz misit ad te ꝓsolatores.)Et ad
id redit .ſ. si in oculis tuis.i.in extimatione tua si dauid
honorat ꝑrem tuū.i.nunqd agit pp honorem ꝑis tui.ſ.
nitrēs ad te ꝓsolatores.(Et non iō vt inuestigaret r ex
plorare ciuitatez r euerteret eam misit seruos suos ad
te).q.d.tu nō putas q̄ serui dō venerūt vt viderēt ha
bitudinē ciuitatis istius vt posset eam dō capere:sed q̄
venerūt ad honorē ꝑis tui.falsum tñ est:qz venerunt vt
viderēt vbē. ¶Dicit aūt Ra.Sa.r Ra.Dō canbi q̄ isti
cōsiliary regis persuaserūt ei dicētes:tu nescis q̄ isr̄lite
nolint cōsolari te qz in lege eoꝝ cautū est q̄ nō querant
amonitis bonum nec bēant cum eis pacē in sempternū
Deutero.23.ideo nō credas q̄ veniunt ad ꝓsolādū: sed
ad sciēdum de statu vrbis:putabāt.n.illi q̄ cū ciuitas in
qua tunc erat rex esset excellens:dō desideraret capere
eam.ponit aūt inuestigare:explorare:r euertere:qz inue
stigare refert ad viros.ſ.q̄ volebant videre quot r qui
bellatores essent in ciuitate illa:vt sciretur an dō posset
pugnare contra illos. explorare est inquirere ptes infi
mas in ciuitate per quas capi posset:sic.n. dixit Joseph
ad fratres suos qñ iuerunt in egyptū ꝓ̄ pane. ſ.explo
ratores estis:vt videatis infirmiora terre venistiſ.Gen.
42.(Tulit itaq̄ anon seruos dō).ſ.iussit eos capi ad ir
rogandum eis hāc iniuriā:nam non est verisimile q̄ ipse
rex p seipsum egerit.(Rasitq̄ dimidiā ptē barbe eoꝝ.)
Jsta erat magna ignominia:nā si totā barbā rasisset:q̄q̄
tunc istud inhonestū erat:tñ deformiores erāt rasa dimi
dia parte barbe.(Et ꝑscidit vestes eoꝝ medias vsq̄ ad
nates).i.amputauit ēt vestes illoꝝ per medium vsq̄ ad
nates:istud aūt fuit vt appareret verenda oūm illoꝝ vi
roꝝ:qđ erat turpissimum:r dicit amputauit vestes me
dias.i.vsq̄ ad mediū:qz medietas vestiū est a natibus r
supra:r medietas a natibus r infra : eo q̄ hebrei longis
vestibus vtebantur. (Et dimisit eos).ſ. non intulit eis
aliqđ aliud malum : sed dimisit redire in terram suam
sic vituperatos.

¶An amonite peccauerunt faciēdo hoc. Qō.V.

Queret aliquis an amonite peccauerūt faciēdo
hoc. ¶Aliquis dicet q̄ non: qz fecerunt
hoc illis tanq̄ exploratoribus terre:licitū est aūt explo
ratoribus penas infligere. ¶Respōdēdū q̄ amonite pec
cauerunt nimis:alioquin dō nō potuisset eis iustuz indi
cere bellū: sed bellū qđ eis indixit fuit iustū r approbaſ
ab omnibus:ergo peccauerūt amonite. ¶Jtē dō irro
gauit magna supplicia amonitis .ſ. in cultris ferreis r
serris r carpētis ferratis,r typo laterū:vt ꝑz.j.12. ista tñ
fuissent iniustissima si amonite nō peccassent faciēdo ıb:r
tamen dō iuste inflixit illis tormenta : r de hoc nō vitu
peratur.ergo peccauerunt amonite. ¶Jtē amonite pu
nierunt seruos dō ꝓtra ius gentiū ſm qđ ēt apud hostes
ambasciatores debēt esse securi:q̄ peccauerunt. ¶Jtez
nuncij dō erāt immunes a crimine ꝓ quo rex amon pu
niebat eos:q̄ peccabat. ¶Jtē crimē qđ suspicabāť amo
nite de seruis dō nō erat notoriū:r ipsi sine aliqua discus
sione veritatiſ ꝓcesserūt ad penā ex sola suspitiōe leui.iō
dato q̄ verū eēt crimē qđ obyciebāt:peccabāt amonite
infligētes penā sine ꝓcessu iuris in quo irrogabāt iniuriā
dō. ¶Dōm igitur q̄ amonite peccauerūt faciendo hoc
r istud ipsi intellexerunt:naz ideo se parauerunt ad pu
gnam ꝓtra dō:scientes q̄ ei intulissent iniuriā:si tamen
amonite certissime reperissent q̄ illi erāt exploratores:

Qō.4. A Quā mias fecerit cuz dōnaas. Rño alioz Contra. Ra.Salo. Impugnō. Glo.ordi. B Iniuria illata seruis dō p amōsua/ su malorum ꝓsiliariorū.

Qō.5. A Peccaue// runt amo/ nite raden do dimidiā barbā suis dauid.

Obiectio. poterant eos punire tanq̄ hostes patrie volētes gaudere ꝑuilegio ambasciatoꝝ occulta hostilitate. ¶Cū aūt dicebatur q̄ nō peccauerūt q: egerūt tanq̄ ꝯ exploratores.

Rñsio. ¶Respondendū q̄ nō sufficit:sed oportebat ꝑstare eos exploratores p certissimas probationes luce clariores quales regrunt in causis criminalibus.si aūt eēt magna suspitio ꝯ istos:ꝛ tñ nondū sufficeret ad ferendū sniam ꝯ eos:poterāt honeste custodiri:nō inflicta eis aliqua cōtumelia quousq̄ de veritate ꝑstaret:tulerūt tñ sniam immediate ex leui ꝓsumptione.

Instantia. ¶Sz adhuc dicet q̄ amonite iuste egerūt q: fundauerūt se in quadā ꝓsumptione iuris:nā Deu. 23. Jussum erat hebreis q̄ nō q̄rerēt bonum amonitis:nec hr̄ent pacē cū eis: iō oīno ꝓsumendū erat q̄ dō ꝛ seruī sui nō facerēt ꝯ illā legē: ꝛ sic q̄rerent

Rñsio. malū amonitis exploradō terrā eoꝝ. ¶Dōm q̄ hoc nō sufficit pp duo. Primo q: ista lex recipit limitationez. s. q̄ nō q̄rerēt eis bonū ꝓueniēdo illos in bñficijs ꝛ inicitando ad amicitiā ꝛ cōcationē: nō tñ ꝓhibebant q̄rere bonū in modū retributionis p bñficijs susceptis. ¶Secundo nō tenet ista ꝓsumptio: q: dato q̄ lex diceret indistincte q̄ israelite nullo mō q̄rerēt bonū amonitis:tñ nō erat ꝓsumptio violēta ꝯ nūcios dō q̄ venirēt ad ingrendum malū amonitis:sz posset eē ꝓsumptio ista ꝓbabilis talis:tñ nō sufficit ad ferēdū sniam sz regrit̄ ꝓesumptio violēta:nō est aūt violēta ꝓsumptio q̄ libet obseruet ea

† q̄ in lege sunt:peccauerūt ꝯ amonite. ¶(Qō cū nūciatū eēt dō).s.q̄ rex amon vituperasset nūcios suos:hoc aūt nūciatū est p aliquē de illis q̄ iuerūt ad regē.nā nō est credendū q̄ rex amon oībus fecisset hoc:sed solū ꝓncipalibus:alij aūt erāt q̄bus hoc facere nulla erat ꝓtumelia sicut famuli ꝛ ministri ambasciatoꝝ q̄ infimi erāt:ꝛ aliqs

† de illis iret ad dō nūcias q̄ acciderāt. (Misit in occursum eoꝝ).s.vt nō venirēt quousq̄ crescerēt barbe ipsoꝝ ne apparerēt ita ꝓfusi in terra israel:q: sufficiēs erat q̄

† cōfusi fuissent in terra amon.(Erāt.n.viri ꝓfusi turpiter valde).i.erat magnū dedecus qō sustinebāt:reputabaṫ eniz tanq̄ maxima ꝓtumelia q̄ aliqs hr̄et barbā p̄cisaz: vel eēt attōsus eo nō quo illi erāt:istud aūt maxime iter hebreos.nā inter amonitas q̄ istud fecerūt hebreis:non reputabaṫ tñ vituperiū:eo q̄ ipsi aliquo mō tōdebāt: sic p̄z Hier. 9. s. visitabo sup oēm q̄ incircuncisum h̄z ꝓputiū:ꝛ sup filios amon ꝛ moab ꝛ sup oēs q̄ attonsi sunt in comā habitātes in deserto.ꝛ sic p̄z q̄ amonite ꝛ moabite ꝛ habitātes in desertis arabie tōdebank:iō nō erat istud inter eos tñ vituperiū.durat aūt vsq̄ hodie in terra chanaā q̄ gētes q̄ ibi habitāt reputāt velut feminas viros si barba p̄cisa sit. Inter iudeos aūt nunq̄ radebaṫ barba:cū eēt ꝓhibitū Leuit. 19. nisi in signū magni doloris:ꝛ sic qñ ismael filius nathanie occidit godoliā ꝓncipē israelitaꝝ viri q̄ venerūt ad nūciādū erāt rasi barba

† ꝛ scisis vestibus ꝛ squalētes:vt p̄z Hiero. 41. (Et mādauit eis dō.)Jn hebreo hr̄ (Dixit eis dō.) sed idem est.

† (Manete in hierico donec crescat barba vr̄a ꝛ tunc reuertimini.)Hoc iussit dō q: noluit q̄ illi viri paterentur itez aliā ꝓfusionē i terra israel:si apparerēt sic ōturpati. iussit aūt q̄ manerēt in hierico:eo q̄ ista ciuitas erat in itinere venientibus de terra moab ꝛ amon i terrā israel: erat ēt ꝓma ciuitas in introitu terre chanaā apud iordanē:ꝛ erat nūc depopulata ꝓeter raros viros q̄ habitabāt circa eam:ꝛ ibi poterāt manere isti quasi solitary quousq̄ cresceret barba eoꝝ.s.ad tantā magnitudinem

† in q̄tā ꝓsueuerāt hr̄e alij viri.(Uidētes aūt filij amon q̄ iniuriā fecissent dō).s.a ꝓncipio nō cogitauerūt an male agerēt:nūc vero recogitauerūt q̄ fecissent iniuriā dō

† ꝛ parauerūt se ad pugnam. Jn hebreo hr̄ (Uidētes filij amon q̄ fetebāt cū dō:vel desperati erāt cū eo.) Uerbuz.n.qō hic ponit̄ in hebreo ꝓpie significat fetere:sic p̄z Exo. 5. cum dr̄:videat dñs ꝛ iudicet:q: fatere fecistis odorē vr̄m.ꝛ ponit̄ ibi idē verbū qō hic: littera aūt nr̄a posuit q̄ iniuriā fecerāt.i.q̄ ꝓuocauerāt dō ad irā:ꝛ hoc

† erat fetere coraā eo. (Miserūt ꝛ ꝓduxerūt syruz roob.) hic ponit̄ appat̄ belli quē fecerūt amonite ꝯ dō.nā scie bant se eē inferiores dō si soli pugnarēt: ideo ꝓduxerūt alios reges in circuitu.vocat̄ aūt syrus roob.i. syruz de terra roob:est.n.terra roob ptim in terra chanaā ꝛ ptim in terra syrie.est.n.roob ad septētrionalē ptē terre chanaan:vt p̄z Nu. 13. s. cūq̄ ascēdissent exploraverūt terrā a deserto syn vsq̄ Roob intrātibus emath:est tñ emath in latere septentrionali terre chanaā: vt p̄z Nume. 34. extēdebaṫ ēt p latus septētrionale terra moab extra terram chanaā ꝛ ibi est terra syrie q̄ vocat̄ syria roob:de hac aūt terra ꝓduxerūt amonite multos bellatores. Jn hebreo hr̄ (Beth Rehoph.) vbi lra nostra dicit roob: † ꝛ idē est:sed beth rehoph significat domū rehoph:ꝛ est sensus q̄ de domo rehoph .i. de terra roob duxit rex amon exercitū.(Et syrū soba).i.ꝓduxerūt syrū de terra † soba.est.n.soba quedā pars in terra syrie:ꝛ de illa duxerunt bellatores cōductos isti amonite. Jn terra aūt ista regnabat adadezer cū quo dō pugnauerat. ꝟ. 8. ꝛ nunc ille misit exercitū suū ꝯ dō:sz ipse nō fuit in exercitu:sed magistri militie sue. s. Sobach:vt p̄z. j. (Uiginti millia † peditū.) Jsta. 20. millia possunt referri ad solū syrū soba vel ad vtrūq̄ syruz. s. soba ꝛ roob:ꝛ credēdū est q̄ fuerit iste numerus de vtroq̄ syro. (Et a rege maacha mille † viros.) Jste rex habitabat circa terrā amonitaꝝ ꝛ moabitaꝝ ꝛ inter israelitas in deserto terre arabie:ꝛ vocat̄ ista terra maachati vt p̄z Josue. 13. ꝛ Deu. 3. ab isto.n. solū acceperunt mille viros:q: erat paruus rex. (Et ab † istob. 12. millia viroꝝ).i.a quodā rege nomine istob acceperūt. 12. millia viroꝝ. Jn hebreo istob:est diuisum in duas dictiones. s. is. ꝛ tob. is aūt significat virus:ꝛ tob: siue tof. significat bonum:vnde hebrei exponūt tanq̄ sit nomē cōe:ꝛ dicūt q̄ a quodā viro bono acceperūt amonite. 12. millia viroꝝ. alij aūt exponūt q̄ is. sit nomē cōe. ꝛ tob. siue tof. sit ꝓpriū:ꝛ tunc est sensus q̄ a quodā viro de terra tof acceperunt. 12. millia bellatoꝝ:sz lra nostra accepit tanq̄ istob:sit vna dictio ꝛ nomen ꝓpriū: ꝛ istud melius est.

¶Cum amonite offendissent dauid quare non petiuerūt veniam immediate. Qō.VI.

Queret aliqs quare cū amonite senserūt se male egisse nō petiuerūt veniā a dō sz ꝓduxerunt exercitū ꝯ ipsum. ¶Rñ q̄ duo poterant mouere amonitas. Primū erat inutilitas petēdi pp magnitudinem iniuric:nā putabāt istā iniuriam fuisse tantā q̄ nullo modo remitteret eā dō:ideo noluerūt inutiliter petere. ¶Scōm erat q̄ ista iniuria erat lata sine cā: immo qō amplius est p misericordia reddebaṫ ei ꝓtumelia:ꝛ hoc nimis exasperat hominem: si aūt aliquā cām habuissent amonite faciēdi hoc:putauissent fortassis dō facilius remissurum. ¶Posset aūt addi tertia cā. s. q̄ amonite sciebant legem datā hebreis:q̄ nō quererēt bonū amonitis vel moabitis nec hr̄ent cū eis pacem vsq̄ in sempiternū: ideo saltē vt obedirēt illi legi nō parcerent amonitis sz laborarent ad eoꝝ delectationē:hec tñ erat quedā falsa imaginatio:nā si amonite ilico vt peccauerūt supplicassent dō p̄o venia:nō colligētes exercituz: remisisset eis culpā.qō apparet:q: q̄q̄ dauid sustulisset iniuriaz: nihil molliebatur agere ꝓtra amonitaz:quousq̄ audiuit q̄ illi collegerant exercitū:vt p̄z infra:ꝛ tunc dō erat nimis stimulatus iniurys:q: non solū eum p bona operatione leserunt:sed ēt ad amplius ledendū copiosum exercitum collegerunt:iō tunc dō misit exercitū suum ꝯ amonitas. ¶(Qō cū audisset dō.)Hic ponit̄ tertiū huius. c. s. vindicās iniuriā pp illatū oppꝛobriū:ꝛ dicit (Qō cū audisset dō).s.q̄ amonite collegerāt exercitū ꝯ eum:ꝛ nō refert ad rationē barbaꝝ nūciorꝝ suoꝝ: q: pp illud nō motus fuit ad mittēdū exercitum ꝯ amon. (Misit ioab).s. tanq̄ ꝓncipē belli ꝯ filios amon:eo q̄ iste erat ꝓnceps militie dō. ꝟ. 8. ibat aūt cum eo frater suus abisai: tamē non fit mentio de eo:q: ioab erat ꝓnceps:postea tamē ipse fuit ꝓnceps vnius partis belli.j.in littera.(Et oēm

exercitum

B

Apparatus belli quē fecerūt amonite ꝯ dō.

Qō.6. A

Triplici ratione amonite nō petierunt veniam a dō.

Primo.

Scōo.

Tertio.

¶Respōdenduz q̄ dō tenebatur remittere semei iniuriā q̄tum ad odium vel rancorē cū peteret veniā.s.q̄ non haberet eum iā exosum sicut prius.7 nō solum eo petente veniam:sed ēt non petente remittere tenebatur:7 sic qlibet homo aduersario suo tenetur remittere rancorē q̄cūq; non petat veniā:imo ēt q̄cūq; non velit veniā:sed dicat q̄ nō vult sibi remitti:sed potius q̄ semper vult offendere. ¶Et in hoc nos differimus a deo:qz ipse nunq; remittit culpā nisi petatur.s.q̄ nos doleamus de malis p̄teritis.hō autē tenetur remittere homini:q̄cūq; non petat. Rō huius diuersitatis est:qz deus est iudex:7 si remitteret culpā non petita venia:oīa essent inordinata:nec aligs hō sic periret eternaliter:nec multū pficeret conari ad bona opa vel ad mala: qz vtroq; mō necesse erat culpas remitti:7 p̄ter habere aliquādo vitam eternā. Jn nobis aūt secus est:qz non sumus iudices sz pserui.7 deus vult q̄ sicut ipse cuilibet nostrum liberaliter remitti:ita 7 nos remittamus oēm rancorē: ēt qz dato q̄ nos remittamus rancorē nō petita venia: non segtur aliqō inconueniēs:sicut si deus remitteret:qz per remissionē nr̄am nō soluitur offensor a culpa:soluitur tñ per remissionē dei.iō nō decet q̄ deus remittat nisi petita venia.nos aūt remittere debemus.nā nos remittēdo rancorē nullū bonū facimus ipsi offensori:sed nobis solis cū p hoc mereamur. ¶Jtē factū est hoc vt nos nō vsurpemus pulegiū dei.nā propriū dei est petere vindictā.sic dr Deut.32. 7 ad ro.12.mihi vindictā 7 ego retribuā.si aūt nos non teneremur remittere offensam pte nō petēte:possemuz petere ppie vltionez:iō nō licet. ¶Sed obyciet q̄ possumus petere vindictā:eo q̄ possumus accusare offensorē ad penam siue corpis siue pecuniaz p̄m p̄ditionē delicti. ¶Rñ dendū q̄ nunq; possumus petere vindictā:qz vindicta ad animū ptinet:7 est qdā desideriū retribuendi malum pro malo nobis inflicto:7 istud desideriū vocatur ppie rancor vel odiū.7 istud tenemur remittere:siue petente offensore: siue non petēte. Q2 autē nos petamus offensorē cōdemnari ad penā p̄m p̄ditionē delicti:nō est q̄ velimus ei retribuere malū pro malo:sed desiderio iustitie.s.vt nō detur illi occasio semper peiora faciendi si nō castigatur.qcunq; aūt aliter accusat aduersarium suū mortaliter peccat siue pro homicidio:siue pro alys iniurys vel dānis datis:7 illo mō non petit vindicta. ¶Quātū ad hoc ergo tenebatur dō remittere ipsi semei:non solū nunc qñ petebat:sed etiā tunc qñ actualiter iniuriā inferebat. ¶Cōsideratur ēt iniurys vel dānis satisfactio q̄ est p̄ter rancorē:7 ista debite p̄t peti a quocūq;:nisi forte aligs sit in tanta pfectione status q̄ nō possit petere satisfactionē iniuriarū suarum:sicut monachi 7 oēs fratres:qz ipsi nō sunt sui iuris.sed monasterium p̄t agere:dū tñ pena nō sit capitalis vel detrimca tionis mēbroz:vel magne effusionis sanguinis ad quā directe nec indirecte hmōi psone agere non p̄mit. Dō ergo poterat petere satisfactionē delicti huius:7 qz merebatur mortē semei pp maledictionem regis:poterat licite dō ei mortē infligere:dūtñ nō ageret desiderio vidicte.poterat nāq; agere ad bonū finē.s.vt tāta iniuria illata regi nō videretur cōtēta:qz erat quodāmō diminutio regalis status q̄ talis vir intulisset ei iniuriā grauissimā 7 maneret impunitus. ¶Ad rōnez in p̄ncipiū dōm q̄ si intelligat de remissione rancoris:simile est in deo 7 nobis:qz deus in oi casu remittit cū petitur venia:nos aūt remittere tenemur petita venia vel nō petita.si aūt dicat de remissiōe pene:sicut deus nō remittit nisi p̄missa satisfactiōe:ita nec nos tenemur remittere:sed est superrogatio si remittamus. ¶(Et ait dō q̄d mihi 7 vobis fily sarue).i.qd hētis mecū fily sarue:qz nō p̄mittitis me agere q̄ volo:sed in oīb⁹ estis mihi obuy. Est sensus q̄ dō volebat dimittere iniuriā ipunitā q̄stū ad p̄nās ne faceret scandalū:qz si istū punuisset p̄ro offensa:puauissent oēs alij se puniēdos cum oēs peccauissent: 7 oēs fugerēt:qō erat graue periculum ipsi dō:qz nō posset eos postea ad se reducere. (Cur efficimini hodie mihi in Sathan).i.cur efficimini mihi aduersary.est.n.sathā nomen hebreū signans aduersariū quēcunq;: 7 nos putamus esse nomen demonis.7 verus est q̄ omnis demon vocatur sathan.i.aduersarius nr̄:qz aduersantur nobis in oi bono.7 sic dixit Xp̄s diabolo.vade retro sathan. Matth.4.i.recede a me aduersarie hominū:7 hoc mō oēs hoies aduersantes intētioni nostre vocantur sathan.sic.n. Xp̄s dixit Petro Matth.17.nā cum Xp̄s dixisset q̄ occidēdus erat assumens eū Petrus cepit increpare eū dicens:absit a te dñe non erit tibi hoc.qui cōuersus dixit Petro.vade retro me sathana:scandalū es mihi. Jdem Marci.8. eodem modo nos dicimus belial esse nomē demonis:7 tñ est nomen hebreuz signans quēcūq; hoiem indomitū.sic pz Judi.19. Est aūt sensus q̄ abisai efficiebatur sathā vel aduersarius ipsi dō:qz dō volebat remittere iniuriā. Abisai autē incitabat eum ad nō remittendum.7 dicit cur efficimini: qz logtur dō quasi ad abisai 7 ioab.nam lz solus abisai offenderet nunc dō:qz etiam ioab aliquādo offendere solitus erat:semp loquebat ad quēlibet eoz quasi ad ābos.s. quid mihi 7 vobis fily Sarue:vt pz hic 7 supra.16.7 supra tertio.dixit autē cur efficimini hodie qz spāliter loq̄batur de isto die.nā aduersari dō in ista die erat grauius q̄cūq; aduersari ei alio tpe.cā est:qz si alio tpe dō vellet occidere semei:non esset scādalū sibi neq; eueniret aliqō maluz.si xp̄s hodie occideretur sicut suadebat abisai:sequeretur forte diuisio regni:vel recessio omnium israelitarum a Dauid: quod erat grauissimum scandalum.

Differt homo a Deo i remittendo.

Quilz hō tenet inimico ēt nō petēti remittere iniuriā

Obiectio.

Rñsio.

¶An peccauerit Abisai suadendo Dauid q̄ occideret semei. Questio.XXIIII.

Q.ō.24. **Queretur** an peccauerit abisai suadendo dō q̄ occideret semei. ¶Aliquis dicet q̄ nō qz icitabat eū ad bonū.s.ad executionē iustitie. ¶Rñ est q̄ videbatur peccare abisai. Primo qz nō faciebat istud desiderio iustitie:sed magis ppter vidictā:vt pz ex verbis suis que sunt verba hois passionati. ¶Jtē qz abisai p̄hibebat dō bonū facere.volebat.n. dō remittere iniuriā sibi factā. Abisai xp̄s nō p̄mittebat:qui tñ agunt ex charitate nō p̄hibēt aliquē bñfacere.sic.n. dr p⁹ ad Xp̄or.13.sed qui agit q̄ charitatē peccat.ergo peccabat abisai. ¶Jtē nō faciebat abisai nisi ex quodā zelo carnali quem habebat ad dō.s.q̄ nolebat iniurias suas eē multas.7 iste zelus nō est laudabilis:maxime in isto casu quādo dauid desiderabat agere opus bonum:7 abisai per zelum impediebat eum. Sic fuit de Josue erga Moysen qui zelabat p̄ro eo volēs q̄ ipse solus haberet oēm honorē:7 qz duo viri in castris prophetabāt:qō videbatur esse in diminutionem honoris moysi: Josue zelauit p hoc:7 dixit moysi:domine mi moyses p̄hibe illos. Nume.xi. 7 quia Moyses vidit q̄ iste zelus erat carnalis increpuit ipsuz dicens:quid emularis

A Abisai sollicitando mortez semei visum ēt peccare.

Primo.

Scō.

Tertio.

B Peccat q ꝓpedit iniuriā remitti

pro me:qs mihi tribuat vt omnis populus ꝓbetet ⁊ det illis deus spūm suum. non ergo erat laudandus zelus iste abisai. ¶Sic igitur dicēdum ꝙ qñcunqꝫ vult aliquis remittere iniuriam sibi factam: siue quātum ad rancorez: siue ad satisfactionem quicunqꝫ impedierit peccat mortaliter: qz impedit a bono opere. ¶Sed aliquis dicet cōtra qz interdum ipsa punitio prodest peccanti: potius q̄ si relinquatur impunitus. ¶Obiectio. ¶Rñdetur ꝙ q̄q̄ hoc sit: tñ peccat ille qui impedit alium remittere offensam: qz quomodocunqꝫ se habeat ille qui intulit iniuriā: semper ille qui remittit facit opus perfectionis. qui autē aliquē impedit ne remittat: directe impedit opus perfectionis: ideo peccat. ¶Rñsio. Qz autem alius bene vel male se habeat remissa pena: vel non remissa: per accidēs est. non dz autem impediri illud bonum qō est per se ꝓpter illud bonū quod est per accidens. ¶Sed adhuc dōm ꝙ dato ꝙ constaret aliquez futurum esse bonum si non remitteretur iniuria ei sed puniretur: ⁊ alꝫ futurus esset malus: peccaret ille qui impediret ꝙ remitteretur ei iniuria: qz inquātuz iste impediebat ꝙ remitteretur iniuria: ipsemet faciebat malum inquātuz distrahebat ab opere perfectionis aliquē. Qz autez alius efficiatur bonus si non remittatur ei iniuria: non est bonū opus istius qui impedit remissionem: sed illius qui per penam illatam corrigitur. ⁊ sic facit iste malum directe vt alius bonum faciat: sed hoc nō permittitur sicut ait Augꝰ in lib. qōnum super Heñ. ⁊ habetur in decretis. dist. 14. c. ꝙ ait sodomitis. ¶Ad rōnem in contrarium dōm ꝙ q̄q̄ abisai moueret Dō regem ad id quod bonum erat: tñ distrahebat eum ab eo quod melius erat. ⁊ respectu huius † dicebatur male agere. ¶(Ergo ne hodie interficiet vir † in israel). i. nūquid est bonum ꝙ interficiatur hodie aliqs de israel. q. d. non. ⁊ subditur cā. (An ignoras hodie me factum regē super israel). q. d. non debes ignorare ꝙ hodie ego nouiter constitutus sim in regē super israel: ideo non est dies ad occidendū aliquem. dicebat Dō se hodie constitutum regem: qz oēs israelite recesserāt ab eo ⁊ vnxerant absalonem in regem. ⁊ tunc q̄q̄ ipse de iure esset rex: tamē de facto non recipiebant eum in regē israelite.

Qō. 25. A

nunc autē oēs susceperunt eū: ideo hodie erat factus rex. ¶Queretur an peccatū esset ꝙ dauid occidisset aliquez in die illa q̄q̄ alꝫ reus esset. ¶Aliquis dicet ꝙ sic: qz dō dixit. ergo ne occidetur hodie vir in israel. q. dicat malū est. ergo peccatum erat. ¶Item simile patet ꝓceden. lib. capitu. 11. nam in die illa qua saul renouatus est in regem dixit populus ad samuelem: quis est iste qui dixit saul non regnabit super nos: date nobis viros ⁊ interficiemus eos. ⁊ ait saul: non interficietur quis in die hac: qz hodie fecit dñs salutem in israel. ¶Rñdendum est ꝙ si aliquis erat reus mortis ꝙ dauid occideret illū i die ipsa vel alia peccatum nullum erat: nisi forte esset lex aliqua vel consuetudo ꝙ in certo die rei mortis nō possent occidi: sed potius aliqui vite donarētur. sic erat cōsuetudo apud hebreos ꝙ in festo azimorū dimitteretur eis vnus de reis mortis. sicꝫ Joā. 18. poterat ergo sic esse ꝙ in die coronationis regum vel inouationis aliquis reus mortis vite donaretur: ⁊ tunc nō erat licitum de illo ꝙ occideretur. vel forte poterat esse ꝙ in istis magnis solēnitatibus erat consuetudo ꝙ nō occideretur aliqs nec ꝓqueretur q̄q̄ reus esset: sz differentur ista ad alios dies. sic enꝫ nunc est in oībus diebus dñicis nostris ꝙ nulla sñia criminalis traditur executioni publice. sicꝫ p3 extra de feriis. c. oēs dies dñicos. Ita autem poterat esse in festis consecrationum regum: vel in alijs solēnitatibus apud hebreos ꝙ nō occideretur aliqs. Dō autem ob hoc potuit dicere ꝙ hodie nō occideretur aliquis qz erat factus rex hodie ⁊ nō erat iustum ꝙ in die tanti gaudij luctus occisoꝝ audiretur. si tñ dō voluisset occidere illa die aliquē qui alꝫ reus esset: non peccaret cuz non esset ꝓceptū ꝑtium. ¶Ad primā rationez in ꝑtium dōm ꝙ Dauid non dixit. ergo ne occidetur hodie vir q̄si peccatum esset ꝙ illa die aliqs occideretur: sed dixit ꝓpter duo. Primū erat ex quadā consideratione vtilitatis: nam sibi erat valde vtile ꝙ illa die nullus occideret: alioquin putarent israelite ꝙ vellet punire oēs peccantes in ipsum: ⁊ fugerent oēs ab eo qō erat magnum scandalum. ¶Scōm erat ex quadā condecētia: qz videbatur quodā q̄si absurdū ꝙ illa die qua ipse suscipiebat magnū bñficiū a toto ꝓpło occideret aliquē de ꝓpło: letitiā suā alioꝝ amaritudinibus polluēdo. ¶Ad secūdaz rōnē qñ dicebat de saule. Dōm ꝙ ipse noluit ꝙ occideret aliquis in illa die ex sola benignitate qz ipse remisit liberaliter iniuriaz oībus qui eum cōtempserant: ⁊ nec vindicauit illam die illo nec aliqua alia. (Et ait rex semei nō morieris.) Postq̄ increpuit dauid ipsum absisai de accusatione semei dedit securitatem semei dicens: non morieris. i. non timeas ꝙ occidā te. (Jurauitqꝫ ei). i. ad hoc ꝙ magis securaretur semei de promissione dauid firmauit eam iuramento.

Ad secūdaz

†

†

¶An Dō fuerit piurus iubēdo occidi semei. Qō. XXVI.

Qō. 26. A

Queretur an dō fuerit periurus ⁊ an peccauit iubēdo occidi semei. nā cuz ipse esset propinquus morti iussit hoc salomoni. seq. lib. ca. 2. ¶Respondendū cū queritur an peccauit occidendo illum post. Dicendū ꝙ cum semei esset reus mortis: poterat eum Dō occidere q̄cunqꝫ vellet. ꝙ autē differret mortem suā per aliquod tēpus non ꝓiudicabat ipsi semei: sed potius faciebat ei gratiā. ideo sicut poterat quocūqꝫ tēpore vite sue occidere illum: ita poterat iubere filio suo ꝙ occideret euz. ⁊ sic q̄tum ad hoc non peccabat. ¶Sed cum queritur an fuit periurus qz iurauit ꝙ non occideret eū: ⁊ postea iussit eum occidi stat dubium. ¶Ad qō rñdet Nicolaus ꝙ dauid nō fuit periurus qz nō iussit occidi semei ꝓpter causaz istam: sed qz erat seditiosus. ⁊ iuramētum factum sup vna re: non extēdit se ad aliam: de qua nō exprimitur nisi sit necessario dependens ex illa: vel cōnexa ei. ista autez erat multum differens. ¶Sed istud nō stat. Primo qz qñ dō locutus est salomoni de occisione semei posuit ei ꝓ cā istam maledictionē dicēs: habes apud te semei filium gera qui maledixit mihi maledictione pessima. ⁊ segtur. tu noli pati eum esse inoxium: si tñ iussisset eum occidi ꝓ seditione non posuisset maledictionē ꝓ cā sed seditionē. ¶Jtē dicitur allegato. c. sed qz descēdit mihi in occursum cū trāsirem iordanē iurauit ei per dñm dicens: nō te interficiam gladio: tu noli pati eū esse inoxium. i. q̄q̄ ego non occidi eum qz iurauit ei ⁊ qz fuit mihi in occursum: tñ tu non patiaris mori eū sine sanguine. ¶Jtez p3: qz si ꝓ hac causa seditionis iussisset dō salomōi ꝙ occideret semei ipsemet occidisset euz: qz hoc nihil repugnabat iuramēto ꝓstito: nec ēt erat verecundia dō: qz nō videbatur agere q̄id qō semel ꝓposuerat: cū ex noua cā eum occideret. ¶Dōm ergo ꝙ dō iussit occidi illum ex hac cā sola: nec stat cōfirmatio Nicolai cum dixit dō salomoni ꝑalleg. c. vir autez sapiens es ⁊ scies que facies ei: deducesqꝫ canos eius cuz sanguine ad infernū. nam illud non dr̄ ad hoc ꝙ salomon inquireret modū per quez occideret semei ꝓ seditione: qz ꝓ hoc nō oportebat inquiri modum: sed publice poterat occidi: qz seditiosi rei mortis erant. sicꝫ p3 Luce. 22. de baraba. s. ꝙ erat barabas missus in carcerē ꝓpter seditionem quādaz factā in ciuitate: ⁊ ille reus mortis erat: nā illum petierunt iudei a pilato sibi dari ne occideretur. e. ca. ⁊ Matth. 27. sed dixit hoc dō salomoni ad hoc ꝙ inquireret modum coloratū per quē occideret semei. naz si occideret eum publice ꝓ offensa quā intulerat dō: videbatur esse inhonestum: cum iā dō dixisset non morieris ⁊ iurauisset hoc. ¶Rñdēdum ergo ꝙ Dō iussit occidi semei ꝓ cā maledictionis: ⁊ non fuit periurus. Modus autē est ꝑm aliquos qz intellexit dauid ꝙ nō occideret eū illa die: sed de alijs diebus non securauit. quod colligitur ex lra. s. ergo ne interficietur hodie vir in israel. ⁊ tunc dr̄ non morieris. i. non morieris hodie: ⁊ poterat dauid ꝑm hoc occidere eū alio tpe quocūqꝫ vellet: sed noluit ⁊ iussit filio suo salomoni ꝙ occideret eū. ¶Sed hoc non videtur stare qz Dauid dixit salomoni ꝙ non occideret euz qz venerat ei in occursum: ⁊ qz iurauerat: ex quo inuitur ꝙ vsqꝫ ad illud

B An dō fuerit piurus iubendo semei occidi

Rñ. Nico.

Contra.

Primo.

Secūdo.

Tertio.

Rñsio auc.

tempus

tēpus dō habuit voluntatē obligandi se:℣ sic dōm ꝙ dō iurauit ei ꝙ non occideret illum.ſ.tota vita ſua.poterat tñ inbere ꝙ occideret poſt mortē ſuam. ¶Sed obiciet Obiectio. qz ſi aliqs iurat alicui ꝙ non occidat ipſum:nō ſolū tenet non occidere ipſuz:ſed ēt nulli iubere hoc:nec ꝓſtare cō filiū aut fauorē ad iſta:ita qui iurat alicui ꝙ nūq̄ occidet ipm:nō ſolū intelligit ꝙ in vita ſua nō occidat vel iubeat aut præſtet conſiliū vel fauorē ad hoc:ſed ēt ꝙ nō iubeat fieri hec poſt mortē ſuā:qz quicqd poſt mortē ſuā fiat inſu eius ipſe viuens facit cum fiat pp iuſſum ſuum qō ipſe viuens vedit:℣ ſic incidit in periuriuz. ¶Rñdendū ꝙ dō Rñſio. habuit voluntatē obligādi ſe ad nō occidendo ſemei gladio dum viueret: ideo nō poterat ipſe vel alius ꝓcepto eius occidere ſemei dum ipſe viuebat: ſed poterat ipſe viuēs dare ꝓſiliū vel præceptū de morte ſemei. Qz aūt ad hoc ſolū ſe voluerit obligare:ꝑz ſeq.li.c.2.ſed qz deſcēdit mihi in occurſum cū trāſirē iordanē iurauit ei ꝑ dñm dicēs:nō interficiā te gladio:tu noli euz eſſe inoxiū. q.d. Obie' 2'. tu occide eum:℣ ſic ego nō incurrā peririū. ¶Sz adhuc obiciet ꝙ nō euadebat dō ꝑ hoc peririū:qz iſtud iuramentum erat factū per artē:qz iſta verba.ſ.iuro ꝙ nō occidam te:ſignant ſimplr ꝙ nullo mō occideret illuz:℣ ſic intelligunt cōiter:℣ ſic intelligebat ſemei:iō neceſſe erat interpretari iſtud iuramētū ſm intelligentiā cōez ℣ boz: Rñſio. ℣ ſi ꝑ illā ageret dō cenſeret periurus. ¶Rñdēdū ꝙ dō egit hic ꝑ cōem verboz intelligentiaz in iuramēto:ſz nō fuit periurus cū ageret ſm intētionē ſuā.cuius cā eſt:qz illud eſt dcm de cōi intelligētia verboz qñ duo cōueniūt ſup aliq̄ re:℣ vnus iurat alteri obſeruari aliqd ſub ℣bis que pñt hñe diuerſas iterptationes.tūc neceſſe eſt referri verba ad cōez intelligētiā:qz alſ ille qui cōuenit cū aliquo ſup aliq̄ re nō cōueniſſet:niſi iuramētū præſtitū acciperet ſm cōem intelligētiā:qz alioquin poſſet iſte fallere quoſcūqz:qñ tñ aliquis iurat ſup aliqua re ℣ totaliter eſt in ptāte ſua illa res:ita ꝙ ſiue iuraret ſiue non iuraret poſſet facere qō vellet ℣ in ptāte ſua erat ꝙ iuraret q̄libcūqz vellet:ſi iurauerit pōt interpretari ipſe iuramentū ſuum qualr voluerit:dū tamē qñ iurauerit habuiſſet intētionē ſic ſe obligādi:vtpote i ptāte dō erat occidere ſemei qñ vellet:℣ nō poterat hoc ꝓhibere ſemei.poterat ēt iurare ꝙ nō occideret ſemei illa die ſed ſequēti:vel ꝙ nō occideret in vita ſua:ſed iuberet occidi poſt mortē ſuā:℣ q̄libercūqz iuraret ſtaret iuramentū ꝙ ergo dō iuraret ambigue:℣ interpretaret iuramentū ſuum in quocūqz caſu vellet:nō præiudicabat ipſi ſemei:qz ēt non iurādo potuiſſet eū occidere qñcūqz vellet. ¶In alio aūt caſu ſecus ē.ſ. qñ duo cōueniūt ſuper aliqua re ℣ vnus iurat alteri ꝙ dabit mille denarios.ſi poſtea iſte exponat ꝙ intellexit iuramentū ſuū ꝙ nō daret illos denarios ad hoc ꝙ eſſent totaliter alteriuſ:ſed ad hoc ꝙ conuerterent in vſus cōes vtriuſqz:nō debet recipi iſta interpretatio iuramēti:ſed redeūdū eſt ad interpretationē iuris:vel ad cōez verborum intelligentiā:qz alſ nimis præiudicaret iſti qui conuenit cū alio:qz ſi in iuramēto fuiſſet expreſſus iſte ſenſus alius non cōueniſſet cū iurante:℣ ſic maneret deceptus. ¶Dōm ergo ꝙ dō nō fuit periurus qz ſeruauit iuramē- B † tū ſm intentionē ſuam:℣ nō tenebat illud ſeruare in iſto Miphibo/ caſu ſm cōem intelligentiā verboz. De hoc tñ forte aliſet cū ſyba quid dicet ſeq.li.c.2. ¶(Miphiboſeth quoqz.) hic poꝛconꝛdatio. nit ineꝯlitas dō ℣ miphiboſeth ℣ ſybe iniuſta cōcordatione.℣ dr(Miphiboſeth quoqz filius ſaul). i.nepos ſaul. nam nō erat filius eius:ſed ionathe. Aliqui libri hñt miphiboſeth quoqz filius ionathe filij ſaul:ſed iſta ſupaddi- † tio eſt:nam lra hebraica ſolū hz:miphiboſeth filius ſaul. (Deſcēdit in occurſum regis).ſ.deſcēdit de hierlm: qz ibi morabat miphiboſeth:nā rex iuſſerat vt maneret ibi ad hoc ꝙ ſemper veſceret de menſa ſua.vt ꝑz.ℵ.9.℣ qñ dō fugit de hierlm non potuit ire cū eo: qz ſeruus ſuus † ſyba noluit parare ei aſinū.nūc aūt fecit ꝙ alius duceret cū in occurſum regis. (Illotis pedib⁹ ℣ intōſa barba).i. deſcēdebat hās pedes nō lotos ℣ barbā non tonſaz:ſed magnā velut ſi lugeret mortuū lōgo tpe.iſtud aūt erat pp triſtitiā abſentie dō ℣ expulſionis.nunq̄.n.lz tpe lauerat pedes nec fecerat barbam. (Veſtesqz ſuas nō lauerat.) † Intelligit hic de veſtibus que lauari ſolēt.i. de veſtib⁹ lineis:℣ tñ iſtas non lauit miphiboſeth quaſi plāgēs dō. (A die qua egreſſus fuerat rex).ſ.a die qua fugit de hie- † ruſalē.nā ex tūc videbat priuatus regno:℣ flebat eū miphiboſeth tanq̄ priuatū. (Usqz ad diē reuerſionis ei⁹ in † pace.) Deſtinauerat.n.manere ſemp in lz luctu dū maneret dō extra hierlm pfugus:iō ex die q̄ redut cepit lauare veſtes ℣ ornari. ola.n. hec obſeruant hebrei tpe quo ſunt in plāctu mortuoz.nā nec veſtes abluunt nec pedes lauāt:nec barbā tondūt. In hebreo hr (Nō fecit pedes † ſuos:nec fecit labia ſua.) vbi nos dicimus illotis pedib⁹ ℣ intōſa barba. Ra.ſa.℣ aly hebrei exponūt:ꝙ nō fecit labia.i.nō totōdit barbā labioz ſiue faciei:℣ ꝙ nō fecit pedes.i.ēt nō totondit barbā inferioꝛē:ſz iſti viliſſimi ſunt: qz ſcriptura nō loqueret faciēs mentionē de hys turpitudinibus:conant tñ aliqui ꝓbare hoc ꝑ ſimile:qz iſaie.36. dr ꝙ comedāt ſtercora ſua:℣ bibāt aquas pedū ſuoruz.℣ tñ iſte vocant aque pedū.i.fluētes de verēdis:℣ ſic dicentur hic:nō facti pedes.i.non tonſa vel raſa verenda.magis tñ exponēdū eſt vt.ſ.qz cū dicit iſaias aquas peduz: nō intelligit.i.verēdoꝛ q̄ſq̄ fluāt a verēdis:ſed aquas pedū.i.cadētes ad pedes:℣ ſic vocabunt hic pedes ꝓprie. Glo.ordi. interlinearis ℣ Andreas exponūt lraz illaz hebraicā.ſ.ꝙ miphiboſeth nō fecit pedes ſuos.ſ. qz hēbat pedes ligneos qbus vtebat ꝓ pedibus naturalib⁹:℣ illos nō fecerat.i.nō parauerat ex die quo egreſſus eſt dō de hierlz:ſed melius poſuit lra nra qz aliqs dr facere pedes.i.ornare illos lauādo.ſic ēt dr Deut.21.in hebreo ō muliere captiua ꝙ faciet vngues ſuas: vbi lra nra dicit circūcidet vngues. (Cūqz miphiboſeth occurriſſz regi: † dixit ei rex q̄re nō veniſti mecū miphiboſeth.) dicebat lz ad increpādū eū:qz nō diſcēderat miphiboſeth cū dō qñ fugit de hierlz. ¶Quereſ ad qd volebat dō ꝙ deſcē- Q.ō.27. diſſet cū eo miphiboſeth qz eſſet oneroſus ſibi cuz eſſet claudus vtroqz pede:℣ ſemp egeret aliquo portāte ſe:℣ rurſus nō poterat proficere ipſi dō ad aliqd.dō tñ nimis excuſauit ſe in illa fuga ducere ſecū aliquē oneroſuz ſibi. ſic ꝑz.ℵ.15. cum dixit ad chuſy archite:ſi ueris mecum eris mihi oneri:ſi aūt in ciuitatē reuertaris diſſipabis cō ſiliū achitofel. ¶Rñdendū ꝙ dō nō deſiderauerat ſecū A ducere miphiboſeth in fuga de hierlm:ſed dixit hoc vt Dō petyt a rñderet aliqd miphiboſeth:℣ poſſet eū increpare dō.nā miphibo// ſyba ſeruus miphiboſeth dixerat dō recedēti de hierlz ſeth qñ nō ꝙ miphiboſeth manebat ibi dicēs:hodie reſtituet mihi iuerit ſecū dom⁹ iſrael regnū phis mei.ℵ.16.℣ dō credidit tūc iſtud. vt poſſz eū vñ dedit poſſeſſiōes miphiboſeth ſybe ſeruo ei⁹:credebat ēt nunc dō iſtud:qz nullus adhuc reuocauerat eū de increpare. hac credulitate: voluit ꝫ vt rñderet miphiboſeth vt videret q̄lr ſe excuſabat ō hac iniqtate:℣ ad lz fuit ſibi ꝓcipiū loquēdi:cur nō deſcēderat miphiboſeth cū eo.ipſe ät poſtea ſe excuſauit:℣ ſic interdū hoīes petūt aliq̄ q̄ nō † deſiderāt:ſolū vt hēant itroitū loquēdi. ¶(Et rñdēs ait: dñe mi rex ſeruus meus ꝓtēpſit me.) Imponit miphiboſeth totā culpā ſybe ſeruo ſuo:qz iuſſerat ei ſternere aſinū ℣ noluit.℣ dr:cōtēpſit me.i.nō obediuit mihi ſternēdo aſinū ad deſcēdēdū tecū. In hebreo hr (Seruus meus fe- † fellit me).i.ipſe fecit me incidere in hūc errorē qz iuſſerā ei ſternere aſinū ℣ nō ſtrauit. (Dixiqz ei ego ſeru⁹ tu⁹ † vt ſterneret mihi aſinū:℣ aſcēdēs abirē cum rege).ſ.ego volebā ire cū rege ℣ iuſſi ſybe ſeruo meo ſternere aſinū ℣ noluit. Incipiebat.n.miphiboſeth accuſare fortiter ſybā qz ipſe accuſauerat eum apud regē. (Claudus.n.ſum † ſeruus tuus).i.ego ſeruus tuus ſuz claudus.ſ.vtroqz pede.vt ꝑz.ℵ.9.℣ nō allegabat hoc miphiboſeth tanq̄ neſciret dō:qz oibus erat notoriū:ſed ad defenſionē cauſe ſue.ſ.qz nō potuit ire cū dō niſi ſeruus ſterneret ei aſinuz qz ipſe claudus erat:℣ non poterat ire ſine aſino:nec etiā poterat ſurgere ad ſternēdū ſibimet aſinum. (Inſuper ℣

accusauit me seruū tuum apud te dñm meū regem).i.nō solū non obediuit mihi sternendo asinū:sed etiā deterius egit q; me dñm suum accusauit apud te.s.q̄ māseriz in bierl'm ad recuperādū regnum.sic.n. dixerat syba.s.16. (Tu aūt dñe mi rex sicut angelus dei es).i.tu es bonus sicut angelus dei ⁊ nō moueris pp bona dicta vel mala: sed solū pp ꝟitatē:ideo tu scies veritatē ⁊ iudicabis.Jn hoc.n.volebat miphiboseth accusare seruū suū sybā ad penā pp hec que egerat:sed non audebat directe q; nesciebat an displiceret regi ista accusatio.⁊ cā erat:q; syba dederat munera dō qñ ibat in via.s.16. ⁊ putauit q̄ ex hoc forte esset dō affectus ad sybā:⁊ non libēter audiret accusationē eius.Jnnuit ḡ ei voluntatez suam per quedā verba:ita q̄ posset intelligere dō q̄ miphiboseth cōquerebat grauiter de syba:iō maneret in arbitrio dō an vellet suscipere eaz vel gd disponeret:⁊ ad hoc dixit ipsi dō q̄ erat sicut angelus dei:psuadēs ei ad faciēdū iustitiam de syba:quasi diceret:seruus meus accusauit me apud te:sz tu es sicut angelus dei qui nō moueris pp bona dicta nec mala sicut dixit mulier thecuites.s. 14. iō nō obstāte q̄ me accusauit:tu attendes veritatē ⁊ facies mihi iustitiā.(Fac qō placitū est tibi).i. tu scis veritatez huius negocy ⁊ es sicut angelus dei qui nō moueris ad vnā partē nec ad aliā:ideo qōcūq; placuerit tibi facere bonū erit. (Neq; enim fuit domus p̄ris mei nisi morti obnoxia dño meo regi.)Sciēdū q̄ in hoc iam miphiboseth mutat p̄positū:q; ante hoc cām suā fulciebat.nūc vero excusat ipm dō.¶p̄o quo sciēdū q̄ dō credebat a p̄ncipio q̄ miphiboseth māsisset in bierl'm ad recupandū regnū:⁊ qu ātū ad hoc iuste cōdēnauerat eum:sed nūc qñ stetit cozā dō accusans seruū suum sybā:Dō cognouit manifeste q̄ mēritus fuisset syba:⁊ p̄ñr q̄ ipse dedisset ei iniuste possessiōes miphiboseth.hoc aūt cognoscebat p duo.p̄imo q; veniebat miphiboseth intonsa barba: ⁊ illotis pedibus:vestesq; non lauerat ex die quo egressus fuerat dō de bierl'z:qō erat signū q̄ ipse fleuisset p̄o dō:potius q̄ q̄ desideralset regnū eius.Scōz erat q; dū ista loquerer miphiboseth ⁊ syba p̄ñs esset:nihil ei syba rūdit tanq̄ sibi cōscius mali:iō dō erubuit de malo qō fecerat.s.q; indiscrete abstulerat possessiōes miphiboseth: nō audita cā eius:cūq; videret miphiboseth erubescētē regē ⁊ iam cognoscētē veritatē:putauit sibi iam nō esse opus fulcire cāz suā nec accusare sybā:q; de hus rex erubescebat:sed incepit excusare factū regis:tanq̄ dō iuste potuisset auferre miphiboseth oīa que habebat:ēt si non subesset aliq̄ cā noua:q; pp pctm̄ patrū suoz poterāt hec iuste fieri:vñ dicit domus p̄ris mei nō fuit nisi morti obnoxia dño meo regi.i. nō meruit aliqō bonū apud dñm meū regē:sed magis fuit tota ei obligata ad mortē.vocat aūt domū p̄ris sui domū saulis : de cuius pgenie oēs videbant obligati ad mortē ipsi dō pp duo.p̄io pp mala que saul iniuste intulit dō.Scō q; mortuo saule ⁊ vncto dō in regē super iudā:cum ei deberet de iure regnū cognatio domus saulis surrexit ꝑ eum ⁊ cōstituit in regē bisbosetb : ⁊ sic oēs de cognatione illa tenebant dō ad mortē.q; ergo ipse aliquibus eoz bona auferret:relicta vita:gratiā faciebat:erat aūt miphiboseth ō hac cognatione:ḡ nō erat sibi iniustuz auferri possessionē:lz ipse nihil peccasset ꝑ dauid:nam peccauerant patres sui.

Qō.28. A Excusatio Miphiboseth p dō an cēt cōueniens.

¶Quer̄ an ista excusatio quā faciebat miphiboseth p dō:esset cōueniens.¶Aliqs dicet q; sic:q; sicut est de cō mittentibus crimen lese maiestatis q̄ ipsi occidunt ⁊ publicātur bona eoz̄:nec relinquit aliquid de hereditate filys:sed sola vita p̄cedit eis ex misericordia:⁊ sic etiā in filys hr̄icoz.vt p3 extra de hereti.c.vergētis.Jta in miphiboseth cū tota domus p̄ris sui offendisset dō:⁊ potuisset occidere illos:poterat auferre ipsi miphiboseth oīa bona.¶Sed dōm q̄ ista positio non stat pp duo.p̄imo q; miphiboseth erat filius ionathe.Dō aūt inierat fedus cum ionatha vt misereret semini eius.p̄ece. lib.c.20.iō lz tota domus saulis peccasset:vel tota occidēda esset pp

p̄ia opio.

Contra.ꝑ.

saulem:miphiboseth non erat occidēdus nisi ipse aliter peccasset:sed hic nihil peccauerat miphiboseth: sed solū allegabat pctm̄ domus sui.ḡ nō merebat afferri sibi aliqd ppter illud crimē. ¶Scōo p3:q; dato q̄ miphiboseth obligatus fuisset ad moriendum ipsi dō ⁊ non intercidisset aliqō fedus inter ionathā ⁊ dauid:iam non poterat dō auferre ionathe aliquid de bonis suis:q; dō donauerat oīa hec miphiboseth.s.9.⁊ per hoc remittebat ei quicqd ḡ ipsum habebat iuris ad occidēdū si aliqō esset:vel ad auferēdū bona:sed donatarius nō perdit donationē:nisi ppter aliquē casum ingratitudinis. Miphiboseth aūt nō incurrerat in aliquā ingratitudinē:sed potius erat valde gratus beneficus dō:q; p̄o eo fuit in plā ctu sicut si lugeret mortuū toto tēpore quo fuit dō extra bierl'm.ḡ nō poterat iuste ex hac parte auferri aliqd de possessiōe miphiboseth:nō ḡ erat ista legitima excusatio: sed ꝓposuit eaz miphiboseth:q; nullā aliā habebat:⁊ q; videbat colorata nō aduertētibus nimis ad eā. (Tu aūt posuisti me seruū tuū inter cōuiuas mense tue). q.d.qō cūq; egeris de possessione mea bonū est:q; tot bona egisti mihi imerito q̄ ēt si auferas possessionē meā nō videbit malū.qō p3:q; cū tota domus p̄ris mei esset tibi obnoxia morti:tu dedisti mihi vitā:⁊ insup posuisti me iter cōuiuas mēse tue.s.faciēs q̄ ego semp comederē i mēsa tua sicut faciunt filij tui:ideo nihil qō mihi feceris impu tabit malū.(Quid igit habeo iuste querele).i.cū tot bona mihi feceris:ēt si abstuleris possessionē quā dedisti:nō habeo iustā querelā ḡ te:q; non videris facere mihi iniuriā. (Aut quid possum vltra vociferare ad regez).i. qd ego possum vociferare per qō possim ostēdere me habere iustā querelā ꝓtra regem.q.d.nihil possum clamare p qō hoc ostendā. Jn hebr̄eo hr̄ (Quid mihi plus elemosyna ad clamādū plus cōtra regem.)pōt dupl'r intelligi. Uno modo:quid mihi plus elemosyna.i.que maior elemosyna poterat fieri mihi q̄ facta est vt nō clamarem ḡ regē.i.vt ēt dato q̄ rex fecisset mihi iniuriā non deberez clamare ḡ eum.q.d.non poterat fieri maior elemosyna. ¶Secūdo mō intelligit q̄ accipiat elemosyna p̄o iustitia.nā apud hebr̄eos est istud vsitatū q̄ interdū accipiant elemosynaz p̄o iustitia:⁊ iustitiā p̄o elemosyna: vñ aliqñ vbi l'ra nr̄a dicit ⁊ erit vobis iustitia apō deū.hebr̄ei ponunt erit vobis elemosyna apud deū:⁊ interdū vbi dicit l'ra hebr̄aica iustitiā.ponit l'ra nr̄a misericordiā vel elemosynā.sic p3 Deut̄.6.vbi dicit l'ra nr̄a:eritq; nostri misericors ei. Jn hebr̄eo dr̄:erit nobis iustitia : ⁊ sic accipit hic:q; ponit misericordia p̄o iustitia.⁊ dr̄:qd mihi plus elemosyna.i.que mihi pōt esse iustitia ad clamandū ḡ regē:⁊ istū sensum secuta ē l'ra nostra dicēs:qd habeo iuste q̄rele. (Aīt ḡ ei rex qd vltra loq̄ris).i.ad qd dicis de iustitia vel iniustitia tibi fcā q; nō mutabit aliqd pp verba tua.(Firū ē qō locut⁹ſuz).i.id qō semel locut⁹ſuz firmū est. Jstud pōt dupl'r itelligi. Uno mō referēdo ad cōcessionē quā dō fecit sybe de hereditate miphiboseth.dicens tua sint oīa que fuerūt miphiboseth.s. 16.⁊ illud firū ē.i. nō mutabit pp verba tua. ¶Alr est sensus q̄ dō ante ꝟ dixisset miphiboseth postq̄ incepit accusare sybā:tu ⁊ syba diuidite possessiones:⁊ q̄ post hoc miphiboseth repliquerit q̄ nō hēbat iustā querelā:⁊ tunc dō dixit:firuz est qō locutus suz.i.semel dixi tibi:tu ⁊ syba diuidite.⁊ hoc fixum est:nec mutabit pp verba tua. ¶Contra p̄mū dicet aliqs q̄ non stat:q; tūc cuz dō a p̄ncipio dedisset sybe oīa que erāt miphiboseth:maneret nunc illa sntia firma.sed hic dr̄:diuidite possessiōes:ergo dz stare scōa expositio. ¶Sed ꝓtra secūdā obyciet q̄ non stet:q; littera soluz dicit semel:tu ⁊ syba diuidite possessiones. ¶Rñdendū q̄ scōa expositio est ꝓbabilio:nam si dauid bis dixisset:tu ⁊ syba diuidite:verisimile est q̄ hic fuisset dictū. Jtem p3 efficatius:q; si semel rex dixisset:tu ⁊ syba diuidite:nō ausus fuisset vltra miphiboseth ꝓponere querimoniā sup hoc:ne cōtristaret regē:nam.s. dixerat:tu aūt dñe mi rex sicut angelus dei es fac qō placitū est tibi:ēt

Secundo.

Obiectio.

Rñsio.

postq̄

postq̃ dixit rex:tu ℣ syba diuidite possessiones:rñdit miphiboseth:ēt cūcta accipiat postq̃ reuersus est dñs meus rex.si igit̄ itez dixisset ℔ dō:rñdisset istud miphiboseth. ¶Ad rōnē in ꝓtrariū dōz q̄ debebat manere fixū id qđ dō dixerat:q; lz restitueret medietas possessionū miphiboseth:manebat fixū verbū regis:eo q̄ ꝑm petitionē miphiboseth oia erāt restituēda sibi:℣ tñ vt snīa regis non cassaret oīno restituta ē medietas miphiboseth de possessione:℣ q; adhuc saluabat snīa regis in altera pte:dicebat fixa manere.(Tu ℣ syba diuidite possessiões).i. diuidite p medīū cūcta q̄ tibi dedi:℣ ipse bēat medietatē.

Dubitatio

Q.29. A peccauit dō auferēdo medietatē possessionū a miphiboseth tñ hoc fecit ꝑ duo.

¶Quereꝝ an dō peccauit in ℟. ¶Rñdendū q̄ sic:nā miphiboseth nō meruerat aliqđ mali vt ꝑderet hēditatē:℣ tñ dō abstulit ei medietatē:℣ nō solū a ꝓncipio qñ putauit sybā verū dicere.ſ.16.sed ēt nūc cognita falsitate sybe nō restituit miphiboseth ea q̄ sua erant in quo graue peccatū erat:q; tenebaꝝ ei ad restōnē. ¶Jtē dō cuz esset iudex noluit ꝑuidere miphiboseth de iustitia:q; ipse accusabat sybā tanq̃ ꝑditorē:cū falsē accussasset dñm suū:ēt petebat restōnē cū fuisset grauatus ꝑ iniquā snīam:℣ dō cognoscēs veritatē noluit ꝑuidere puniēdo sybā ꝓ falsa accusatione ℣ restituēdo sibi hereditatē:sed potius ipsum delinquētē qui morte dignus erat.non solū donauit vite:sed ēt eū honorauit dādo illi medietatē possessionis miphiboseth. ¶Jtē locutus est dō ℟ ꝑditione iudicis recti q; iudex nō dz sequi iudicādo volūtatē suā:sz statuta patrū ℣ leges ℣ rectā rōnē:vt pz extra de cōsti. c.ne initaris ꝓuidētie.Judicauit tñ dō ex sola volūtate sua:etiā ꝓstito de veritate:nā dixit ad miphiboseth:qd vltra loq̄ris fixū est qđ locutus sum.i. inutile est tibi loqui qđ volueris ꝑdādo iustitiā cāe tue:q; ēt si multa ꝑbes:nō mutabo snīaz meā:sed ℔ est ℟ iudices qbus dr̄.non pudeat vos errores vestros corrigere q̄ positi estis vt alioꝝ corrigatis errores. extra de accu.c. q̄r ℣ qñ.

Primo.

¶Dauid tñ motus est ad faciēdū hoc ꝑ duo. ꝓmo ex verecūdia.nā cū ꝓius incaute snīasset dādo totā possessionem miphiboseth ipsi sybe:visum est sibi verecūdū valde q̄ snīam istā totaliter mutaret:q; in ℔ ostēderet se valde erasse.

Secundo.

¶Secūdū fuit ex quodā fauore sybe:nā syba tanq̃ cautꝰ adulator iuit ad dō tpe necessitatis ℣ obtulit ei munera. ſ. 16. vñ dō affectus fuit ad illū.nūc quoq; qñ reuertebaꝝ dō in hierl̄z:occurrit ei syba de ꝓmissis:q; iuit cū semei. vt pz.ſ.in l̄ra:iō dō erubuit q̄ illū puniret ℣ ꝓuaret tota ꝓcessione:sed snīaz iniquā aliq̄liter temperauit vt nō tā iniqua esset: diuidēdo possessionē iter eos.

Q.30. A Dō lz teneret ad satisfactionem possessionū non tñ eas restituit sz aliqđ aliud sibi fecit in restōnē.

¶Quereꝝ vlterius cū nō solū dō peccauerit hic:lz ēt teneretꝝ ad restōnē miphiboseth:cū iudex iniquus faciat litē suā:℣ teneaꝝ ad restōnē ipsi leso. vt pz de sen.℣ re iudi.in.6.c.cuz eternī.qd factū est de hac restōne.nam q̄ dō peccauerit solū si ꝑtm̄ nō ꝓcernebat restōnē:ꝓ dolorē suum poterat tolli.si tñ concernebat restōnē:nō solueretꝝ dō a peccato quousq; restitueret:vt hr̄ de reg.iu. in.6.c. nō remittit. ¶Ad ℔ q̄ oportebat vt q̄q̃ nūc dō ꝓ verecūdia nō auferret possessionem sybe q̄ fuerat miphiboseth:q̄ postea auferret ℣ restitueret miphiboseth.nā regulare ē q̄ qñcūq; res ablata eadē numero hr̄i pōt potissime si nō est deteriorata:dz ipsamet restitui.si aūt nō pōt illamet hr̄i:dz dari alia equiualens in spē illa vel alia.vt pz extra vt lit.pē.c.ecclesia sancte marie.Dō aūt poterat hr̄e possessionē eādē quā abstulerat cū illā teneret syba:iō tenebaꝝ eādē dare. ¶Rñdēduz q̄ qđ post hoc in hac re factū sit ignoraꝝ q; scriptū nō est:satis tñ vr̄ q̄ dō nūq̃ restituerit miphiboseth possessiões illas q̄s dedit sybe:q; semp verecūdareꝝ qñcūq; hoc facere vellet. Sed vr̄ dōm q̄ dō satisfecerit miphiboseth in aliquo alio:vtpote dādo illi semp cibos in mēsa sua.

Instātia.

¶Sed aligs dicet q̄ ꝑ ℔ non satisfaciebat:q; ēt hoc nō stāte dauid daturus erat cibos miphiboseth:cū dixisset.ſ.9.comedes tu panē in mensa mea semper.

Rñsio.

¶Rñdendū q̄ cū istud essz beneficiū qđ cō sistebat in gratuita erogatione quotidiana: poterat dō cessare ab illo qñcūq; vellet:nec erat sic de cibis qui dabant quotidie sicut de possessionib⁹ q̄s dō restituerat ipsi miphiboseth:q; circa illas habuit miphiboset tituluz:iō quicūq; spoliaret eum illis ēt si esset ipse dō:peccaret.cibi aūt qui dabātur quotidie de mēsa regis:nō poterant cadere sub titulo miphiboseth:cū ꝓsisterēt in quotidiana ꝓpatione:nisi dauid obligaret se ad dandum ei cibos de mēsa sua semper:iō qñcūq; vellet poterat cessare ab hac ꝓpatione:℣ sic ꝓius dabat liberaliter vt bñficiū posset dari postea in cōpēsationē alit⁹ debiti:℣ sic eēt in cōpēsatione possessiōis ablate ei ℣ tradite sybe:vel pōt dici q̄ dō dedit postea alias possessiões maiores ipsi miphiboseth.

Solutio.

¶Sed tūc dicet qūo satisfaceret ꝑ ℔:q; tenebaꝝ restituere eādē rē cū poterat:q; bēbat eā syba. ¶Dōm q̄ verū est q̄ tenebaꝝ restituere eandē possessionē ex cōsensu tñ miphiboseth quācūq; dādo satisfaceret:verisīle est ât q̄ miphiboseth ꝓsentiret in quēcūq; modū satisfactiōis dō cum dixisset.ſ.fac qđ tibi placituz est:imo ēt sine aliqua satisfactione remisisset ei:q; dixit:etiaz habeat sibi cūcta postq̃ dñs meus rex pacifice reuersus est.

¶An dauid fuerit periurus diuidendo possessionem miphiboseth. Questio.XXXI.

Q.31. Arguit ꝑ.

Queretur vlterius an fuit dō periurus diuidēdo possessionē miphiboseth. ¶Aliqs dicet q̄ sic:q; dō iurauit facere misericordiaz semini ionathe:vt pz ꝑce.li.c.20.nunc tñ nō seruauit misericordiā cū abstulerit ei ea q̄ sua erant.q̄ ꝑiurus fuit.

Secundo.

¶Jtē pz q; dō peccauit auferēdo miphiboseth possessionē istā:vt declaratū fuit.ſ.℣ ipse iurauerat sr̄ nō faciēdo malū semini ionathe:q̄ ꝑiurus fuit. ¶Rñ⁹ q̄ nō fuit dō ꝑiurus in hoc:nā dō iurauit seruare misericordiā suā ionathe:℣ illā seruauit inquantū filios eius eleuauit ad magnū statū:q; fecit q̄ miphiboseth q erat cōtēptibilis valde cum esset claudus vtroq; pede comederet semp in mēsa sua ℣ semp istā misericordiā seruauit ad miphiboseth:q; ēt post hoc qñ gabaonite petebāt viros de stirpe saulis ad occidēdū eos:dō seruauit miphiboseth a morte pp iuramētū qđ interposuerat ionatha.vt pz.ꝭ.21.

A Non fuit dō ꝑiurꝰ ionathe q; fecit misericordiaz semini suo.

¶Sed obiciūt qdā q̄ fuerit ꝑiurus:naz dicūt hebrei:℣ refert illud glo. 02.q̄ qñ dō dixit tu ℣ syba diuidite inter vos:audita est q̄dā vor de celo roboā ℣ ieroboā regnū diuidēt.℣ sic datū fuit istud in penā dō ꝓ violatione istius pacti:q̄ fuit periurus.

Obiectio.

¶Rñ⁹ q̄ nō est certū:imo magis credit eē fictitiū q̄ talis vor venerit de celo.nā hebrei valde parue auctoritatis sunt in hoc cū plura fingant ℣ incredibiliora q̄q̃ poete.Glo.ēt ordi.nō asserit hoc:sed dicit illud esse hebraicū dictū:iō nihil inferr. ¶Sed adhuc cōcesso q̄ ista vor audita fuerit:nō sequit q̄ ꝓp istā iniustā diuisionē dō fuerit diminutus regnū tpe nepotis sui roboā:sed fuit diminutum pp peccata salomonis.seq.li.c.11.imo nisi fuisset pp merita dō:totū regnū fuisset ablatū de posteris salomonis:vt pz.e.c.℣.e.li.c.15.de q̄ magis declaratū est ꝓcec. lib.c.20.

Rñsio.

¶Ad primā rōnē in ꝓriū.ſ.q̄ iurauit dō facere misericordiā semini ionathe.Dōz q̄ nō violauit istud pactū:q; fecit misericordiā magnā cū miphiboseth:nec sequit q̄ ꝑ ℔ q̄ abstulit ei medietatē possessiōis date non fecerit ei misericordiā:q; ꝑ iuramētū qđ ꝓstitit dō ionathe:nō ꝑtabaꝝ aliqđ spāle opus misericordie:sz solus q̄ nō occideret dō posteros ionathe ℣ q̄ nō permitteret eos viuere in statu miſabili:nec ꝑmitteret pati calūnias ab aliqs.Dauid aūt ista fecit:q; nō solū ipse nō occidit seme ionathe:imo cū peterent ad mortē oēs de posteritate saulis:ipse nimis laborauit:vt nō occideret miphiboseth.ꝭ.21. ¶Jtē cum dō sciuit miphiboseth hr̄e pauperē vitā in domo machir de lodabar misit ꝓ eo:℣ fecit q̄ comederet in mēsa sua:℣ restituit ei possessiones saulis:℣ fecit q̄ syba ℣ tota familia sua ꝑuiret micha filio miphiboseth.ſ.9. Qz aūt daret dō vitā abūdātē miphiboseth siue dare possessiones que fuerāt ꝑris sui:siue dare alias: vel nullas dicendū tñ alis ꝑuideret ei sufficiēter:nihil differebat.q̄ ℟ dō dedisset miphiboseth oēs possessiões patris sui:℣ nunc abstulisset ei medietatē pp verecūdiā:vel

ex causis.s. allegatis. dū tñ maneret semp in dō voluntas benefaciēdi miphiboseth: nō auferebat ab eo miseri cordiā: q; qui ista auferebat poterat maiora dare. si autē dō auferēs medietatē possessiōis miphiboseth: desineret eum iam diligere: nec ꝓponeret ei vltra bñfacere: dicere auferre misericordiā suā ab eo: ⁊ infringeret fedus. ¶ Sciēdū aūt ꝙ multi fallunt q; putāt idē esse ꝙ dauid malefecerit hic: ⁊ ꝙ abstulerit misericordiā. sed falsuz ē: q; malefacere erat q̄ocūq; iniuste ageret: ⁊ sic fecit auferēdo miphiboseth id q̄ suū erat sine cā: ⁊ dato ꝙ postea egisset valde maiora bona ipsi miphiboseth q̄s ꝓus: nō tollebat quin iniuste egisset: ꝫ auferre misericordiaz nō cōsistebat in faciēdo aliq̄ malū: sed in totaliter deserendo: ⁊ ꝫ nō fecit dō: sed ipse solū iurauit nō auferre misericordiā a semine ionathe: q̄ nō violabat fedus: si tñ iurasset ꝙ nō faceret malū aliq̄ filius ionathe: fuisset nūc piurus. Ad scdam. ¶ Ad secūdā rōnē dicendū ꝙ verū est peccasse dō auferēdo medietatē possessionis: cū tñ dr ꝙ iurauit dō nō malefacere semini ionathe. Dicendū ꝙ est falsum: q; nō iurauit de malo: sed de misericordia nō auferēda: vt p; ꝑce. li. c. 20. † peccauit igit dō: sed nō fuit periturus. ¶ (Berzelai q̄z.) Hic ponit curialitas dō in berzelai expeditione. s. q; ꝓmisit ei multa: ⁊ inuitauit eū vt veniret in hierl'm cū ipso. † ⁊ dr (Berzelai q̄z galaaditen ō roge.) Iste est vn⁹ de tribus bñfactorib⁹ dō de q̄bus hr. s. 17. ⁊ iste erat qui magis afficiebat ad dō q̄s alij duo: ⁊ vocat galaaditen: quia † erat de terra galaad. (Descēdēs de rogelin.) iste erat locus suus in terra galaad. s. 17. ⁊ descēdit de eo ad eūdū † cū rege. (Trāsduxit regē iordanē). i. trāsiuit cū rege iordanē. (Paratus ēt vltra fluuiū ꝓsequi eū). i. ibat cū intētione comitādi regē vltra iordanē vsq; hierl'm ⁊ redeūdi postea in domū suā. In hebreo hr (Trāsiuit ad mittendū eū ad iordanē). i. trāsiuit iordanē vt mitteret eum ad † iordanē. i. comitaret eūtē vltra iordanē. (Erat aūt berzelai galaaditen senex valde. i. octogenarius.) Istud ponit ad signādū ꝙ nō erat vtile ipsi berzelai ire cū dō vltra iordanē q; erat senex valde: ⁊ nō poterat experiri aliq̄ delectationē de illis que erant in domo regis.

Qō. 32. A Berzelai an eēt valde senex cū eēt. 80. annoz. Pria rñsio.

¶ Quere q̄o vocabat berzelai senex valde cū esset solū 80. annoz. nā in illo tpe non deberēt homines esse valde senes anno. 80. ¶ Rñdent quidā hebrei vt Ra. sa. ⁊ sikes ꝙ iste berzelai erat senex: nō per etatē: sed q; vacauerat libidini: ⁊ libido cito hominem facit senē. ¶ Sed istud nō est q̄uenienter dcm: q; dauid nōdū erat annoz. 70. ⁊ tñ dicebat senex valde: ita vt cum opiret pānis nō calefieret. se q̄ē. lib. ç. 1. Q2 aūt dō nondū esset. 70. annoz p;: q; q̄n factus est rex erat annoz. 30. ⁊ durauit regnū suum annis 40. vt p;. s. 5. ¶ Itē nō est rōnabile dictuz iudeoz: q; dicūt malū de aliquo nō bñtes fundamētū ad illud cum de quolibet semp ꝓsumat bonū quousq; probet contrariū.

Contra.

Rñsio.

¶ Dicēdū igit ꝙ berzelai erat valde senex. i. tam ꝑpotēs ad q̄uenienter se mouēdū: ⁊ nō gaudēs in delectabilib⁹ iuuenilibus pp sensuum grauitatē. hoc forte acciderat ei ex laboribus q̄ homines cito senē efficiunt: vel ex cogitatione magna: q; corpus q̄ō corrūpit aggrauat aīaz: ⁊ terrena habitatio deprimit sensuz multa cogitantē. sic etiaz dicit Arist. ꝙ ex intelligere ⁊ speculari corrūpitur aīal. marcescunt. n. quodaz corrupto interius. vt p; in ꝑ de aīa. vel forte eueniebat hoc pp tristitias aliq̄s q̄s tolerauerat berzelai. nam iste homines cito senē efficiūt. sic p; puerb. 17. s. animus gaudēs: etatē floridam facit. spūs tristis desiccat ossa. Sic ēt Boe. de cōso. li. ꝑ met. ꝑ. s. Uenit. n. ꝑperata malis ꝯpina senectus. Et dolor etatē iussit ieiē suā. Intēpestiui fundunt vertice cani. Et tremit effecto corpore lassa cutis. sic. n. in dō pp labores bellicos corpus emolitum est: ⁊ nōdū cōpleto anno. 70. erat tam senex vt operibus pānis nō calefieret. seq. li. c. 1. vel poterat esse aliqua alia cā de illis quas assignat Aristo. in lib. de breuitate ⁊ longitudine mortis ⁊ vite. ¶ Uel pōt dici ꝙ non assignata aliqua alia cā spāli: erat berzelai senex ex conditione etatis: q; in. 80. anno. homines erant senes in illo tpe sicut nunc. sic p; psal. 89. anni nostri sicut aranea meditabunt dies annoz nostroz in ipsis. 70. annis. si aūt in potentatibus. 80. anni. amplius eoz labor ⁊ dolor. cum ergo essz berzelai annoz. 80. nō oportebat inquiri cur esset senex.

Que sūt illa q̄ faciūt hoiem cito senescere.

¶ (Et ipse ꝑbuit alimēta regi.) Istud ponit ad signādū † quare dauid optabat ei tāta bona: ⁊ volebat illū secū ducere in hierusalē: ⁊ dr ꝙ ꝓbuit alimēta regi: q; dū māsit profugus vltra iordanē: non habebat vnde aleretur: ⁊ iste ministrauit ei ⁊ exercitui suo necessaria. ¶ Sed obiecit ꝙ non solū iste sed etiā machir de lodabar: ⁊ sobi filius regis naas āmonita ministrabāt ei cibos. s. 17. ¶ Dicēdū ꝙ illi duo obtulerūt simul cum berzelai munera dō mox vt trāsiuit iordanē: quibus ꝓsumptis solus berzelai dedit necessaria regi toto tēpore quo fuit in terra illa. (Cuz morareť in castris). i. in quodā loco qui vocat castra siue manaim: vel ꝑm hebreos mahanaim. de quo dcm est. s. 17. nam in ciuitate illa mansit dō toto tpe quo fuit profugus de hierl'm. (Fuit ꝙpe vir diues nimis.) Istud † ponit ad significandū q̄o potuit berzelai dare cibos regi: q; ad hoc requirebant magni sumptus. (Dixit itaq; † rex ad berzelai.) Uolebat dō aliquo mō recōpensare p bñficijs berzelai: ⁊ dixit q̄ sequunt. (Ueni mecū vt regescas secure mecū in hierl'm). i. ibi manebis gaudens ⁊ sine curis ⁊ nullū timebis ⁊ fueris mecuz oibus bonis. In hebreo dr (Ueni gubernabo te mecū.) sz idē est requiescere secure ⁊ gubernare. s. facere ꝙ nō egeat aliqua re nec solicitet ꝓ illa. (Et ait berzelai ad regem). s. excusans se de eūdo in hierusalez ad suscipienda ista gaudia. (Quot sunt dies annoz vite mee vt ascēdā cum rege in hierusalē). q. d. si essez iuuenis vel nō in tāta senectute vt possem gaudere bonis que sunt in domo regis deberem ire in hierl'm: sz cum sim valde senex ita vt non possiz experiri aliqd istoz nō est mihi opus ire illuc. (Octogenarius sum hodie). i. hodie cōpleo. 80. annos. poterat esse ꝙ die illa cōpleret annuz. 80. vite sue: vel dr hodie. i. modicū ante hoc cōpleui: vel parū post hoc cōplebo. (Nūquid vigēt sensus mei ad discernēdū suaue ⁊ amarum.) Iudicare istud ptinet ad sensuz gust⁹: sicut dr Job. 12. nōne auris verba diiudicat ⁊ fauces comedētis saporē. iste aūt sensus iam nō vigebat in berzelai pre senectute: ⁊ dixit berzelai de dulci ⁊ amaro: q; cōitas hoiuz vulgariū in delectationibus cibi ⁊ potus totā vite felicitatē ꝓstituit: sicut turpissimi epicureoz: ⁊ forte de istis erat berzelai: † nō dixit de dulci ⁊ amaro. In hebreo dr (Si scio inter bonū ⁊ malū). i. non possum distinguere inter bonū ⁊ malū sapore: ⁊ nō accipit bonū ⁊ malum: ꝓ bono ⁊ malo q̄ō est in moribus vel in rebus: q; in isto vigere debebat potius nunc berzelai pp experientiā magni tpis. ꝓdētis enim ꝑfecta nō fit sine magna etate: vt p;. 6. ethico. (Aut delectare pōt seruū tuum cibus ⁊ potus.) Istud differt a † ꝓcedēti: q; aliud est distinguere inter dulce ⁊ amarum: ⁊ aliud delectari in cibis ⁊ potib⁹: nam cibus ⁊ potus magis causant delectatōez ꝑ modū tactus q̄s ꝑ modū gust⁹: q̄ō ꝓbat Aris. 4. ethi. c. de tēperātia. dicēs ꝙ distinguere de saporib⁹ ptinet ad illos q̄ pulmēta cōdiunt ⁊ vina ꝓbāt: ⁊ tñ isti nō vocant intēperati. ¶ Itē gustus cōsistit in lingua ⁊ tñ nō stat in ꝫ delectatio ciboz: sz potius in trāsglutiēdo. nā si q̄s semp cibos ōlectabiles vel vina in ore teneat ⁊ nō deglutiat q̄s ibi iudicet de sapore nihil delectať nisi trāsglutiat: imo pena q̄dā est sic facere. ¶ Itē ꝓbat Ari. exēplo cuiusdā erixy philoxeni qui pultiuoz erat ⁊ desiderauit collū suū lōgius fieri collo gruis tanq̄ delectaret in tactu cibo ⁊ non in gustu. ⁊ sic quidā non bñ iudicāt de saporibus rerū: ⁊ tñ magis delectant in cibis ⁊ potibus q̄s alij acute iudicantes. In hebreo dr (Si gustat seruus tuus q̄ comedit ⁊ bibit). i. nō delectatur gustādo ea que comedit ⁊ bibit. (Uel audire possum vltra voces cāto vel cātatricū). q. d. non possuz iam audire voces cāto ⁊ cātatricū: q; aures mee obsurdant. vel nō possum audire. i. nō possuz distinguere bñ cantus cantoz vel cātatricū: vel non delector in illis: q; ad delectationem

Distiguere inter dulce ⁊ amarū ⁊ aliquem in cibis ⁊ potibus delectari.

Littera hebraica.

